

UC-NRLF
$B 290 387

75/z
hi
1822


SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
FIAT LVX
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

XENOPHONTIS

HIERO

RECENSVIT

ET

INTERPRETATVS EST

CAROLVS HENRICVS FROTSCHER

LIPSIAE
SVMPTIBVS HARTMANNI
MDCCCXXII.

Greek Sather

SVMMIS TRIVMVIRIS

CHRIST. DAN. BECKIO

GODOFR. HERMANNO

GODOFR. HENR. SCHAEFERO

PRAECEPTORIBVS AC PATRONIS SVIS

ANIMI CANDORE PARITER ATQVE
DOCTRINAE ELEGANTIA

VENERABILIBVS

HVNC QVALEMCVMQVE LIBRVM

EA QVA PARENTES FILIVS

PROSEQVITVR PIETATE

CONSECRAVIT

EDITOR

C. H. FROTSCHER
LECTORIBVS
SALVTEM

Quum superiore anno mihi significasset Hartmannus, gratum sibi fore, si quem scriptorem sive graecum sive latinum suis sumptibus in usus iuventutis studiosae ederem: honestissimi viri precibus eo magis satisfaciendum putavi, quo minor eorum numerus librorum est, e quibus tirones verum fructum percipere possint. Multae sane veterum scriptorum, eorum maxime, quos in scholis tractamus, editiones exstant; sed earum aliae nihil fe-

re afferunt, quo magistrorum labor in erudienda iuventute aliquantum sublevetur, et Minelliana prope ratione talia explicant, quae ne pueris quidem ignota sunt: aliae adnotationum copia et mole sic obruunt bonorum mentes puerorum, ut nullus ipsis cogitandi locus relinquatur et ut, si eiusmodi animadversiones perlegerint vel descripserint, prae caeteris sibi videantur sapere. Non multo maius pretium aliis editoribus statuo, diverso modo peccantibus. Sunt enim qui criticam quidem rationem sequentes largam adolescentibus cogitandi ac discendi materiem praebeant et ad ingenium eorum vel excitandum vel alendum, ad iudicium acuendum, ad scientiam linguae confirmandam, plurimum conferant; sed ex his complures tam inhumanam saepe censuram alieni meriti faciunt tamque impuro ipsi vel obscuro genere scribendi utuntur, ut eorum libros merito dubites

commendare tironibus. Quo laudabilior mihi semper visa est illa ratio, quam in edendis huiuscemodi libellis sequuti sunt Buttmannus, Heindorfius, Seidlerus, Bremius, Hermannus: quorum omnium virorum quum multa sunt et magna in litteras antiquas merita, tum hoc inprimis frugiferum consilium esse censeo, quod, quomodo in scriptoribus adolescentium institutioni accommodandis versandum videretur, suis ipsi editionibus ostenderent. Quamobrem quum, data mihi eligendi tractandique scriptoris optione, Xenophontis Hieronem prae caeteris dignum iudicassem, quem mea cura et studio emendatum explicitumque tironibus offerrem: quod mihi exemplum in eo edendo proponerem, ne minima quidem dubitatio subesse poterat.

Quem igitur nunc emitto Hieronem, eum ad easdem fere rationes, quibus il-

li viri utuntur, explicare conatus sum. Quorum quum Bremium maxime et Buttmannum sequerer, quid in hoc libro spectaverim, facile poterunt iudicare, quicumque aut Buttmanni editionem usurpaverint aut Bremii praefationem ad Cornel. Nepotem legerint.

De apparatu critico quoniam constitui alio loco disserere, nolo nunc lectores morari. Sed hoc dixisse non fuerit supervacaneum, me studiose operam dedisse, ut graeca quam emendatissima prodirent. Quamquam enim taedii plenus labor est, veteres editiones cum iis, quae nunc leguntur in Xenophontis exemplaribus, singulas conferre: me tamen huius operae nequaquam poenitet. Nam vix cuiquam credibile est, quot quamque egregias lectiones invenerim, a prioribus huius libelli editoribus prorsus neglectas. Omnium vero maxime Reuch-

lini editio praedicanda est, cuius ut mihi copia fieret, Blümneri, viri illustris, fecit liberalitas. Prodiit illa Hagenoae a. MDXX. et praeter Hieronem exhibet Apologiam et Agesilaum. Hieronis autem Reuchliniani tanta praestantia est, ut de iis, quae scripsi in adnot. ad VI, 15., nullo pacto dubitari possit. Egregie me adiuverunt etiam codices Parisini, quos Gailii, viri de Xenophonte aliisque scriptoribus praeclare meriti, industria contulit. Nec vero silendus est liber Lipsiensis, qui quum plerumque cum codd. Parr. ac Reuchlino conspiret, tum a b. Schneidero iure laudatus est. His equidem usus opibus eum Hieronem dedisse mihi videor; quem VV. DD. non prorsus improbaturi sint. Sed si quis forte indignetur novam a me inductam esse interpunctionis rationem, ab eo humanissime peto, ut hanc meminisse velit non novam esse, sed quae veterum po-

tissimum librorum auctoritate nitatur. Longum est singulos locos enumerare; sed ut videas, quantum valeat recta interpunctio et quam verum sit Buttmanni (*gramm. amplior. I. p.* 67. *sqq.*) hac de re iudicium, unum modo locum I, 11. inspicias, ubi quas dubitationes Schneiderus moverat, sola distinctione verborum accuratiore sustulimus.

Restat, ut tirones de Buttmanno et Matthiaeo admoneam. Horum enim virorum grammaticae ubi citantur — factum id esse saepissime, nemo, opinor, mirabitur, qui noverit imbecillitatem adolescentulorum, ne dicam magistrorum — sed ubi illorum libri laudantur, Matthiaei minor grammatica, quae in usum scholarum scripta est, Buttmannianae editio IX. intelligitur.

Denique, quoniam viri honesti est alio-

rum de se merita grato animo agnoscere, multum mihi celebrandi sunt praestantissimi triumviri Hermannus, Bremius, Schaeferus, et quem in dies magis miror tam catum, tam doctum esse, familiaris dilectissimus Guil. Dindorfius. Nam ut Bremii adnotationes ad Hieronem (*Symbol. Philoll. Helvett. Vol. I. p.* 167. *sqq.*) utilissimae mihi fuerunt, ita Hermanni ac Schaeferi humanitati et Dindorfii amicitiae dici vix potest quam multa beneficia Hiero meus debeat.

Vos vero, humanissimi lectores, quum bene noritis, humanarum virium non esse, rectum cursum perpetuo tenere, habendosque pro bonis viris eos, non qui numquam peccent, sed qui saepius recte agant: nolite, quaeso, statim reiicere hunc librum et condemnare, si quid in eo a me peccatum deprehenderitis. Nam si, ratione fideliter inita, ma-

ior peccatorum quam probabilium numerus fuerit: tum equidem quin reiiciatur et sordeat non recuso. Valete.

Scribebam Lipsiae d. VI. m. Maii MDCCCXXII.

INDEX SCRIPTORVM

CICERO de Orat. p. huius libri 24. b. Planc. p. 13. b. Tusc. Disp. p. 13. b. 45. b.

HESIODVS p. 59. a.

HORATIVS p. 29. b.

LIVIVS p. 23. a. 29. a.

PLATO Euthyphr. p. 67. b. Phaedr. p. 60. a. Phileb. p. 15. a. Protag. p. 29. b.

PLVTARCHVS Anton. p. 24. b. Apophth. Reg. p. 64. b.

QVINCTILIANVS p. 23. a.

SALLVSTIVS Catil. p. 26. b. Iug. p. 29. b.

VIRGILIVS p. 29. b.

XENOPHON Anab. p. 13. b. Cyrop. p. 8. b. 15. b. 24. a. 53. b. 64. a. Hellen. p. 13. b. 22. a. 74. b. Mem. Socr. p. 23. a. 41. b. 60. b. Oecon. p. 21. a. 64. a. Symp. p. 8. b. 60. b. 64. a.

ADDENDA ET CORRIGENDA

P. 34. v. 3. de verb. ἐπισκεψώμεθα adscribenda erant haec: Vid. Buttmann. §. 126. observ. 7. Matth. §. 515. 1.). Cf. infr. XI, 2.

Ibid. a. v. 7. lege: καταθέασαι δ' αὖ, ἧς (οἵας) φιλίας etc.

P. 37. b. v. 16. lege πρὶν ἀπάρχ. pro ἀντὶ τοῦ ἀπάρχ.

P. 50. a. v. 9. ita scribendum: „In vulgata scriptura [ὥσπερ γάρ] requiro etc.

Ibid. b. v. 16. adde VIII, 5.

P. 58. a. v. 8. sqq. quae citantur regulae ad locum XI, 2. καθ' ἓν δ' ἕκαστον σκοπῶμεν. referendae sunt. Vid. Ind. s. μήπω.

P. 64. b. v. 22. scribe: Lege τὴν φυτείαν pro καὶ φυτείαν cum Schaefero, etc.

P. 85. a. voc. Αὐτοῦ lege: Αὐτοῦ IX, 3. Vid. etc.

Reliqua et paucula sunt et quae vel a tironibus emendari facile possint.

PROLEGOMENA IN HIERONEM.

HIERO Syracusanorum tyrannus, cuius nomine praestantissimus hic Xenophontis libellus inscribitur, non est Hieroclis ille filius, qui per quinquaginta quattuor imperii annos (Olymp. 127, 4—141, 2. a. Chr. 270—215.) de civibus suis bene meritus multum celebratur ab antiquis scriptoribus *) et apud populum Romanum ob fidem quinquaginta annos constanter cultam summo honore fuit; **) sed antiquior potius eiusdem nominis princeps, Dinomenis filius cogitandus est, cuius frater Gelo felici tyrannide primus tenuisse Syracusas dicitur. Ac Gelonis quidem imperium tam moderate tulerant Syracusani, ut ipso vivo fratres eius Hieronem et Thrasybulum designarent successores. †) Mortuo igitur successit Hiero (Olymp. 75, 3-78, 2. a. Chr. 478-467.), de cuius viri ingenio mirum est quam diversa sint veterum

*) Vid. Theocrit. Idyll. XVI. Polyb. I, 8. seqq. Liv. XXIV, 5. in. Iustin. XXIII, 4.

**) Cf. Liv. XXIV, 4. XXII, 37.

†) Illo tempore Hiero praeerat Gelois, quorum urbem regendam ei tradiderat Gelo, ipse potitus Syracusarum.

Graecorum, qui de eo mentionem fecerunt, iudicia. Diodorus enim Siculus *) *et avarum et violentum et omnino a fratris candore alienissimum* fuisse tradit; sed Pindarus Thebanus splendidissimis illis quattuor carminibus **), quae in Hieronis honorem cecinit, magnis eum laudibus effert. Sed ut negari nullo modo potest, Graecarum civitatum rectores propter summum illud libertatis studium, quo cives sui arderent, omnino non potuisse facere, quin vel ad obtinendum firmandumque imperium, vel quo id assequerentur, violentius se gererent et cupidine magis quam iure grassarentur: ita de Hierone vereor ne veram Diodorus sententiam pronunciaverit. Nec vero ipse poëta, quantumvis laudator Hieronis, historici testimonio repugnat. Nam Pyth. I. carm. (vs. 90. seqq. ed. Thiersch. 174. seqq. ed. Schaefer.) omnium virtutum maxime liberalitatem et comitatem regi commendat ipsumque ab avaritia et violentia abstinere cupit; illis enim virtutibus veram gloriam parari et ad posteros propagari, utque etiamnunc ametur Croesi regis virtus ac beneficentia, ita ubique maximo odio et invidia premi horribilem Phalaridis crudelitatem. Quod consilium quum non sine idonea caussa datum videatur ac Pindarus ipsa vitia patroni sui reticere noluerit: quam liberum ab inepta assentatione animum habuerit, egregie intelligitur. Et quamquam propter clarum Plutarchi te-

*) Bibl. Hist. XI, 67. ed. Bip.

**) Olymp. I. Pyth. I. II. III.

stimonium *) dubitari vix potest, quin Hiero nonnullos ex familiaribus de medio sustulerit: Pindarus tamen is est auctor, ut eius iudicium non possit non iudicari verissimum. Certum est igitur, hunc regem, etiamsi non possit omni ex parte cum Gelone comparari et necessitas ipsum compulerit ad vim aliis adhibendam, ea tamen fortitudine ac sapientia eoque in populum suum animo fuisse, ut de ornandis et amplificandis Syracusanorum rebus insigniter meruerit. Atque ipse etiam Xenophon, quae est in hoc homine simplicitas, nequaquam, opinor, Hieronis persona in libro suo usurus fuisset, nisi talem principem fuisse iudicasset, qui civibus suis in omni se probari studeret bonique et iusti regis nomine haud indignus videretur.

Sed in omnibus Hieronis nostri virtutibus nulla magis eminet, quam qui in eo praedicatur litterarum amor et optimas artes iuvandi promptissima voluntas. Nam quum viros doctos atque inprimis poetas eadem qua Gelo frater liberalitate tractaret (quo nomine ab Aeliano **) recte dicitur προχειρότατος εἰς τὰς εὐεργεσίας): factum est, ut cum ipso versarentur viri ingenii laude florentissimi, quorum ex consuetudine quum ipse tum civitas uberrimos fructus perciperet. Laudantur ex his maxime Pindarus, Bacchylides Ceus, Epicharmus, Xenophanes Colophonius, Aeschylus et qui in Xenophontis libro cum Hierone

*) Hic enim Tom. II. p. 68. A. ed. Francof. haec scribit: τοῦ Ἱέρωνος ἀνελόντος ἐνίους τῶν συνήθων.

**) Var. Hist. IX, 1.

colloquens inducitur, SIMONIDES Ceus, Leoprepis filius. Erat hic non poeta solum suavis et in commovenda miseratione praeclarus, verum etiam caeteroqui doctus sapiensque traditur *) artemque memoriae (τὸ μνημονικὸν) primus creditur protulisse. **) Vixit Simonides annos octoginta novem perfectos et in Sicilia mortuus est (Olymp. 78, 1. a. Chr. 468.). Hic igitur, δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήϊος, iam gravis aetate, utpote amplius octoginta annos natus, magnis muneribus ab Hierone invitatus venit Syracusas ibique cum rege instituisse aliquando hanc disputationem fingitur. Qua quidem in re vehementer probo Xenophontem, quem dubito an non potuerit graviorem personam adhibere, cui sensus suos explicandos tribueret.

Restat, ut breviter indicetur libri argumentum. Eius summam Franciscus Portus constituit hoc modo: „In hoc opere, inquit, id agit [Xenophon], ut do-

*) Cf. Quinctil. Inst. Or. X, 1, 64. Spald. Cic. N. D. I, 22, 60.

**) Vid. Cic. de Orat. II, 86. seqq. Rhetor. ad Herenn. III, 16—24. Quinctil. Inst. Or. XI, 2, 11. seqq. Add. quem honoris caussa nomino, Schneider. ad Xen. Symp. IV, 62. Neque tamen haec res ita est explorata, ut de Simonide dubitari nequeat. Ipse enim Cicero (de Orat. II, 87, 357.) haec scribit: „Vidit hoc prudenter *sive Simonides, sive alius quis invenit*, ea maxime animis affigi nostris" etc. Quare ego quidem in ea sum sententia, ut existimem Hippiam Eleum rectius quam Simonidem illius artis inventorem dici; idque videor mihi probare posse et Xenophontis loco laudato et iis, quae in Platonis Hipp. mai. et min. hac de re commemorantur. Hippiae doctrinam deinceps magis excoluerunt Theodectes Phaselites, qui audiebat Aristotelem, Charmadas, Carneadis auditor, et qui eum sequebatur Scepsius Metrodorus.

ceat vitam regum non esse expetendam, ei potius anteponendam vitam privatorum. Hoc suscipit demonstrandum, quia vulgus facile capitur specie et splendore rerum externarum ac putat beatos esse eos, qui auro, gemmis, veste, rerum denique omnium copia affluunt: eos vero miseros existimat, qui egent istis rebus. Quare Xenophon ut istam vulgi opinionem refutaret, hanc disputationem inter Hieronem et Simonidem instituit, in qua demonstrat, vitam privati regum vitae esse anteponendam." Recte vero. Nam quum auctor fecerit illos tam copiose disputantes de vitae regiae miseria, mihi quidem admodum verisimile fit, eum simul voluisse docere imperitos, et qui magnarum opum regiique splendoris admiratione tenerentur, omnes graviter monere, ne in his felicitatis vim ponerent neve regni tangerentur cupiditate aut invidia, sed felici vitae privatae conditione tranquilli fruerentur. Verumtamen, id quod recte vidit Weiskius, in altera potius libri parte h. e. inde a cap. VIII. tractatur primarium argumentum: *Qua ratione tyrannus amorem civium sibi conciliare et sine invidia iucundam vitam transigere possit.* Nam quaecumque in prioribus capp. disputantur, eo redeunt, ut tyranni vitam credamus esse miserrimam; quod per singulas partes agnoscit et Hieroni concedit Simonides. Sed a cap. VIII. Hiero vicissim assentitur Simonidi, qui vim suam et sapientiam explicans demonstrat, regnum non esse fugiendum, modo is, qui regnum adeptus sit, eo sciat uti ac nulla re magis quam po-

puli sui amore vitam sibi tutam beatamque parare studeat.

Quae quum ita sint, ex hoc etiam libro perspicitur, quantopere probaverit Xenophon atque amaverit eam civitatis formam, in qua summum imperium penes unum est. Ac mihi quidem videtur vix posse dubitari, quin hoc maxime efficere voluerit, aequabilius atque constantius sese res humanas habere neque aliud alio ferri neque mutari omnia ac misceri, si civitatibus regium sit legitimumque imperium, quam si ad imperitae multitudinis libidinem aut ad multorum dominatorum superbiam res regantur:

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω.

MVLTAS AD RES PERVTILES XENOPHONTIS LIBRI SVNT: QVOS LEGITE QVAESO STVDIOSE VT FACITIS.

CICERO.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΙΕΡΩΝ.

CAPVT I.

Xenophon ubi simpliciter, ut solet, ac sine fuco exposuit, qua data occasione haec disputatio instituta fuerit: Simonidem facit ex Hierone quaerentem, quid sit discriminis inter vitam regis et privati in percipiendis voluptatibus et molestiis. Iam quum colloquendi ratio et via inter eos convenisset negassetque Simonides, id quod a rege pronunciatum erat, plures voluptates sensibus percipere privatos homines quam tyrannos: coepit Hiero probare, quod posuerat (1 — 10.). *Ac primum quidem in iis, quae cernantur oculis, deteriore conditione tyrannos esse docet; hos enim minus interesse posse spectaculis rebusque oculos pascentibus* (11 — 13.)*: nec magis aurium suavi sensu delectari; nam laudem, qua vel maxime mulceantur aures hominum, tyrannis tribui suspectam* (14. 15.)*: cibos etiam potusque quamvis exquisitos parum suavitatis praebere, quum copia eorum creberque usus afferat fastidium* (16 — 23.)*: ex pretiosis illis variisque odo-*

ribus, quibus ungantur tyranni, alios cum his versantes plus voluptatis capere (24. seq.). Transitur hinc ac tactum et rem amatoriam; in qua et ipsa reges longe inferiores privatis esse demonstratur (26. seqq.).

1 Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἀφίκετό ποτε πρὸς Ἱέρωνα τὸν τύραννον. Σχολῆς δὲ γενομένης ἀμφοῖν, εἶπεν ὁ Σιμωνίδης· Ἆρ' ἄν μοι ἐθελήσαις ὦ Ἱέρων διηγήσασθαι, ἃ εἰκὸς εἰδέναι σὲ βέλτιον ἐμοῦ; Καὶ ποῖα ταῦτ' ἐστὶν, ἔφη ὁ Ἱέρων, ὁποῖα δὴ ἐγὼ βέλτιον ἂν
2 εἰδείην σοῦ οὕτως ὄντος σοφοῦ ἀνδρός; Οἶδά σε, ἔφη,

Vulgaris libri inscriptio haec est: Ξενοφῶντος (quaedam edd. addunt ῥήτορος) Ἱέρων ἢ τυραννικός, ad quod adiectivum supplent λόγος. Sed quum prius fum posterius additamentum prorsus supervacaneum est, quum satis superque constet, veteres Graecos ut in omni re elegantes, sic in libris inscribendis breves admodum et simplices fuisse ac plerumque minus promisisse, quam libri ipsi contineant. Praeterea posteriora verba, quamquam leguntur etiam apud Diogenem Laertium, neque satis apta et tam sunt ambigue dicta, ut nihil aliud nisi grammatici doctrinam redoleant. Cf. hac de re Wolf. Prolegg. ad Plat. Symp. p. XXXV. sq.

1. Ἆρ' ἄν μοι ἐθελήσαις] Vt Simonides regis observantia ductus blande interrogat, ita Hiero Simonidis sapientiam reveritus humanissime respondet.

ἔφη ὁ Ἱέρων] Verbum ἔφη (vel εἶπε, ἔφασαν, φάναι, εἰπεῖν etc.) si, ut h. l., mediae loquentis orationi inseritur, nomini suo, pariter ac latinum *inquit* et similia verba recentiorum hominum, praemitti solet, non subiungi, eumque iustum esse et legitimum ordinem dicunt. Repugnant tamen huic regulae multa exempla: Xenoph. Mem. I, 2, 9. II, 1, 18. Oecon. XII, 3. 6. 11. sqq. 17. XVI, 11. XVII, 8. XVIII, 2. XIX, 2. Plat. Symp. XVII, 5. (Wolf.) Protag. p. 317. D. (§. 23. Heindf.) Qui loci — longum est enim plures laudare — quum sint omnes sanissimi, in Xenoph. Symp. III, 7. verba ἢ οὖν καὶ σὺ, ὁ Σωκράτης ἔφη, ἕξεις λέγειν non erat cur sollicitarentur. Caeterum in Cyrop. VIII, 3, 27. recte legitur ὁ Σάκας ἔφη, et ibid. I, 6, 16. Dindorfium meum certo scio editurum esse ὁ Κῦρος ἔφη. De Latinis idem valet (cf. Cic. de Orat. I, 33, 149. II, 8, 31. III, 24, 90.); atque omnino magna in his adhibenda cautio est, ne quum id, quod contra vulgares regulas ponatur, graviter reprehendas, gravitas verborum ac sententiarum quae sit, ipse non satis intelligere videare.

ἐγὼ καὶ ἰδιώτην γεγενημένον καὶ νῦν τύραννον ὄντα·
εἰκὸς οὖν ἀμφοτέρων πεπειραμένον καὶ εἰδέναι σε
μᾶλλον ἐμοῦ, πῇ διαφέρει ὁ τυραννικός τε καὶ ὁ ἰδιω-
τικὸς βίος εἰς εὐφροσύνας τε καὶ λύπας ἀνθρώποις.
Τί οὖν, ἔφη ὁ Ἱέρων, οὐχὶ καὶ σύ, ἐπεὶ νῦν γε ἔτι 3
ἰδιώτης εἶ, ὑπέμνησάς με τὰ ἐν τῷ ἰδιωτικῷ βίῳ;
οὕτως γὰρ ἂν σοι οἶμαι μάλιστα ἐγὼ δύνασθαι δη-
λοῦν τὰ διαφέροντα ἐν ἑκατέρῳ. Οὕτω δὴ ὁ Σιμωνί- 4
δης εἶπεν· Τοὺς μὲν δὴ ἰδιώτας ἔγωγε ὦ Ἱέρων δοκῶ
μοι καταμεμαθηκέναι διὰ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν ὁρά-
μασιν ἡδομένους τε καὶ ἀχθομένους, διὰ δὲ τῶν ὤ-
των ἀκούσμασι, διὰ δὲ τῶν ῥινῶν ὀσμαῖς, διὰ δὲ τοῦ

2. ἀνθρώποις] Stobaei editt. habent ἀνθρώπων; sed datiuus, Zeunius inquit, est exquisitior. Rationes in promptu sunt. Cf. Buttm. §. 120. adnot. 3.

3. *Τί οὖν—ὑπέμνησάς με*] *Quin* (quidni, cur non) *igitur tu quoque commonefacis me eorum, quae accidunt homini priuato?* i. e. *age igitur, iam reuoca mihi in mentem* etc. Frequentissime in Xenophonte, Platone aliisque scriptoribus post particulas *τί οὖν οὐ* et *τί οὐ* sic infertur aoristi indicatiuus. Quam rationem bene explicuit Weiskius ad Cyrop. II, 2, 4. „*Haec*, inquit, *interrogatio alacritatem quamdam animi et auiditatem sciendi exprimit.*" Cf. Buttmann. §. 124. adnotat. 5. Interdum ponitur in his etiam praesens; viuidior tamen oratio aoristum praefert. Similiter apud Latinos dicitur *quin* et *quin igitur*: Sall. Catil. 20. „*Quin igitur* expergiscimini?" Cic. Somn. Scip. 3. „Quid moror in terris? *quin* huc ad vos venire propero?" Sed Graecis quantopere placuerit hic usus, multis exemplis nuper probavit catus Godofr. Stallbaumius adnot. ad Plat. Phileb. p. 175. sq.

τὰ ἐν τῷ ἰδιωτικῷ βίῳ] Sunt „commoda et incommoda, voluptates et molestiae, quae accidunt homini privato." Fr. Portus.

οὕτως γὰρ ἂν] Ita pro vulgato οὕτω γὰρ ἂν scribendum erat cum optimis libris. Nam innumeris locis illud οὕτως in media oratione consonae praepositum alteri οὕτω cedere iusserunt tum librarii tum editores, sequentes illi falsa grammaticorum quorumdam iudicia. Equidem οὕτως puto primariam formam fuisse, quam veteres Graeci ubique ponerent, ubi aut finis esset sententiae aut maximum eius pondus in hoc adverbium caderet. Nam eo ipso, quod tale οὕτως cum maiore intentione pronunciandum et inhibenda paullulum vox legentis est, ab sequente verbo magis seiungitur. Sed ut teretes erant Graecorum aures, ita non raro suavem facilemque verborum copulationem ipsi sententiarum gravitati videntur praetulisse. Hinc, opinor, factum est, ut magis magisque in dies excultus sermo altera forma mox ita uteretur,

στόματος σίτοις τε καὶ ποτοῖς· τὰ δὲ ἀφροδίσια δι' ὧν
5 δὴ πάντες ἐπιστάμεθα. Τὰ δὲ ψύχη καὶ θάλπη καὶ
σκληρὰ καὶ μαλακὰ καὶ κοῦφα καὶ βαρέα ὅλῳ τῷ σώ-
ματί μοι δοκοῦμεν, ἔφη, κρίνοντες ἥδεσθαί τε καὶ
λυπεῖσθαι ἐπ' αὐτοῖς. Ἀγαθοῖς δὲ καὶ κακοῖς ἔστι μὲν
ὅτε δι' αὐτῆς τῆς ψυχῆς μοι δοκοῦμεν ἥδεσθαί τε καὶ
λυπεῖσθαι, ἔστι δ' ὅτε κοινῇ διά τε τῆς ψυχῆς καὶ διὰ
6 τοῦ σώματος. Τῷ δὲ ὕπνῳ ὅτι μὲν ἡδόμεθα, δοκῶ
μοι αἰσθάνεσθαι· ὅπως δὲ καὶ ᾧ τινι καὶ ὁπότε, ταῦτα
μᾶλλόν πως, ἔφη, δοκῶ μοι ἀγνοεῖν. Καὶ οὐδὲν ἴσως
τοῦτο θαυμαστὸν, εἰ τὰ ἐν τῷ ἐγρηγορέναι σαφεστέ-

ut et ipsa iam possit haberi pro legitima. Similem rationem habet illud ν ἐφελκυστικόν, cuius naturam bene, ut solet, explicuit Buttmannus §. 29. 5, 1. 2. Hoc aeque ut οὕτως scriptori nostro saepe restituimus, idque ubique codd. auctoritate factum esse semel monemus.

4. τὰ δὲ ἀφροδίσια] „Intellige κατὰ τὰ ἀφρ. cum Weiskio. Male enim Zeune ad sequens κρίνοντες referebat." Schneider. Meliora docebit Buttmann. §. 117. 4, 1. Rectius tamen hunc accusativum explicueris intelligendo ex praecedd. verbo generali *sentimus s. percipimus*. Nihil hoc genere apud Graecos frequentius.

5. ὅλῳ τῷ σώματι] Nam „Tactus toto corpore aequabiliter fusus est, ut omnes ictus omnesque nimios et frigoris et caloris appulsus sentire possemus." Cicer. de N. D. II, 56, 141.

Ἀγαθοῖς δὲ καὶ κακοῖς — ἥδεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι] Haec est lectio solius Stobaei, quam ut reciperem Schaeferi fecit auctoritas. Nam ex vulgari scriptura — ἀγαθοῖς δὲ καὶ κακοῖς ἔστι μὲν ὅτε — ἥδεσθαι, ὅτε δ' αὖ λυπεῖσθαι — consequitur, quod absurdissimum est, nos nonnumquám (ἔστι μὲν ὅτε) delectari bonis et *malis*, interdum (ὅτε δ' αὖ) dolore affici *bonis* et malis.

διά τε τῆς ψυχῆς] Suppeditavit haec Reuchlinus pro vulgato καὶ διά τε τῆς ψυχῆς, quae lectio intolerabili copulae aut καὶ aut τὲ pleonasmo gravatur.

6. ὅπως δὲ καὶ ᾧ τινι καὶ ὁπότε] „*Quomodo, qua parte corporis, obdormiscentes an dormientes.*" Schneider. De ortu caussisque somni variae erant veterum philosophorum sententiae, quas inserere pro simplicitate sua Xenophon noluit, similis in hoc praeceptoris sui, quem scimus et ipsum ab eiusmodi disputationibus e media physica repetitis abhorruisse.

μᾶλλόν πως — ἀγνοεῖν] „Zeune intelligit ἢ ἄλλο ὁτιοῦν: ego vero ad αἰσθάνεσθαί μοι δοκῶ refero: quo certius voluptatem somni percipere mihi videor, eo magis ignoro et cet." Schneider. Simplicior Zeunii ratio; nisi velis ita dicere: *haec aliquanto magis nescire* quam *scire mihi videor.*

θαυμαστὸν, εἰ] De εἰ parti-

ρας ἡμῖν τὰς αἰσθήσεις παρέχεται ἢ τὰ ἐν τῷ ὕπνῳ. Πρὸς ταῦτα δὴ ὁ Ἱέρων ἀπεκρίνατο· 7
Ἐγὼ μὲν τοίνυν, ἔφη, ὦ Σιμωνίδη ἔξω τούτων, ὧν εἴρηκας σύ γε, οὐδ᾽ ὅπως ἂν αἴσθοιτό τινος ἄλλου ὁ τύραννος ἔχοιμ᾽ ἂν εἰπεῖν. Ὥςτε μέχρι γε τούτου οὐκ οἶδ᾽ εἴ τινι διαφέρει ὁ τυραννικὸς βίος τοῦ ἰδιωτικοῦ βίου. Καὶ ὁ Σιμωνί- 8
δης εἶπεν· Ἀλλ᾽ ἐν τοῖςδε, ἔφη, διαφέροι ἄν, εἰ πολλαπλάσια μὲν δι᾽ ἑκάστου τούτων εὐφραίνεται, πολὺ δὲ μείω τὰ λυπηρὰ ἔχει. Καὶ ὁ Ἱέρων εἶπεν· Οὐχ οὕτως ἔχει ὦ Σιμωνίδη ταῦτα· ἀλλ᾽ εὖ ἴσθ᾽

cula sic posita vid. Buttmann. §. 136. p. 568. Matth. §. 617. 2). Simili urbanitate *si* ponunt Latini, ubi *quod* vel *infinitivum cum accusativo* exspectes. Sic Cicero de Amic. XV, 53. de Tarquinio scribit haec: „Quamquam *miror*, illa superbia et importunitate *si* quemquam (intell. fidum amicum) habere potuit.“ Cf. Grotefend. gramm. lat. §. 234. III. p. 344. ed. 3.

7. ἀπεκρίνατο — ἔφη] Vix est quod adnotem, in quotidiano sermone saepe iterari verbum ἔφη (ἔφην, φησί, φάναι) aut abundanter inferri, posita iam eiusdem significationis voce, ut h. l. ἀπεκρίνατο et mox §. 8. εἶπεν, ubi fuerunt qui ἔφη quod sequitur omitterent. Male. Exemplis sat multis hic ipse libellus refertus est. Apud Latinos eadem consuetudo valet; vid. Brem. ad Corn. Nep. Hannib. II, 2.

ἔξω τούτων, ὧν εἴρηκας] De hoc genere attractionis vid. Buttm. §. 130. 5, 2. Matth. §. 473.

οὐκ οἶδ᾽ εἴ τινι διαφέρει] i. e. *nescio an nulla re praestet*. In qua formula discrepat Graeci sermonis ratio a Latino. — Sequens βίος non habet Stobaeus, quod tamen a sermone populari et simplici non abhorrere recte dicit Schneiderus.

8. διαφέροι ἄν, εἰ πολλαπλ.] „Hanc ex Stobaeo scripturam recepit Zeune, antiquam vero διαφέρει· πολλαπλάσια revocavit Weiske, nulla edita ratione, quae in Stobaeana patet, utpote modestam Simonidis responsionem habente, quum in vulgari desideretur particula γὰρ vel similis.“ Ita recte Schneiderus, sed quod Brunckium dicit admodum probabiliter corrigere εὐφραίνοιτο — ἔχοι pro εὐφραίνεται — ἔχει, in eo nunc non facile quemquam habebit assentientem. Optativis enim si hic uteretur Simonides, tota res dubitantius proponeretur; sed simulat ille, se hoc pro certo habere, maiore voluptate per sensus affici regem quam privatum. Quamobrem huius loci sensus hic est: *Sed in eo differat* (*differet*), *si multo maiorem*, ut mihi quidem videtur, *ex his singulis voluptatem percipit*. Et illud cum indicativo positum cum germanico *inwiefern ja* comparavit Bremius; latine dixeris *siquidem*, *quandoquidem*. Nec vero rara

ὅτι μείω πολὺ εὐφραίνονται οἱ τύραννοι τῶν μετρίως διαγόντων ἰδιωτῶν, πολὺ δὲ πλείω καὶ μείζω λυποῦνται.
9 Ἄπιστα λέγεις, ἔφη ὁ Σιμωνίδης. Εἰ γὰρ οὕτως ταῦτ' ἔχει, πῶς ἂν πολλοὶ μὲν ἐπεθύμουν τυραννεῖν, καὶ ταῦτα τῶν δοκούντων ἱκανωτάτων ἀνδρῶν εἶναι;
10 πῶς δὲ πάντες ἐζήλουν ἂν τοὺς τυράννους; Ὅτι καὶ

sunt huius constructionis (de qua vid. Matth. §. 524. in.) exempla; quorum multa congessit Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 171. B. ad Protag. p. 340. D. Cf. idem ad Horat. Satir. II, 3, 154.

ὅτι μείω πολὺ εὐφραίν.] Legebatur ὅτι πολὺ μείω εὐφρ., quem verborum ordinem cum codd. Parr. Lips. ac Reuchlin. mutare non dubitavi propter oppositionis gravitatem. Probabit hoc, quicumque recte didicerit, quantum in utraque lingua et ponderis et suavitatis habeat iusta verborum singulorum collocatio. Etiam apud Latinos *multo* adverbium et quae sunt huius generis similia variam in variis locis sedem obtinent. Sic Cicero de Orat. II, 42, 178. „*Plura* enim *multo* homines iudicant odio quam veritate." Id. ibid. 46, 192. „Sed alia sunt *maiora multo*." Quemadmodum autem Cicero Cat. Mai. II, 6. *ante multo*, sic Caesar de B. C. I, 20, Sallust. Catil. 18. *post paullo* transposuerunt. Cf. Buttm. §. 138. III. 2.

τῶν μετρίως διαγόντων] „*quam qui in mediocri fortuna constituti sunt.* Brodaeus explicat per μετρίως διαιτωμένων, eo haud dubie sensu, quo legimus §. 19. Sed res hic latius patet." Weiskius.

9. Εἰ γὰρ οὕτως ταῦτ' ἔχει] „Pro ἔχει usus et consequutio temporum necessario postulat id, quod Stobaeus habet, εἶχε, quod ponere non dubitavi. Imperfecta et aoristi in tali nexu post εἰ vim coniunctivi [latini] habent." Weiskius. Cf. Buttmann. §. 126. 9. 4). Matth. §. 508. At in nostro loco tantum abest ut ἔχει improbem, ut imperfectum credam absurdi quid inferre. Enimvero negaret Simonides ac parum urbane reiiceret ea, quae Hiero ipsi nondum explicavit. Sed quum dicit εἰ ἔχει, nihil aliud sibi vult quam hoc: *Si haec est harum rerum conditio — nolo enim affirmanti tibi temere repugnare — tum sane optabilior erit privati hominis vita. Sed ut verum fatear, mihi quidem secus videtur. Nam si ita esset, cur tam multi cuperent regnare?* Plene igitur ita dixeris: εἰ οὕτως ταῦτ' ἔχει, ἄθλιοι ἂν εἶεν οἱ τύραννοι· ἀλλ' οὐχ οὕτως, ἐμοὶ δοκεῖν, ἔχει· εἰ γὰρ οὕτως εἶχε, οὐκ ἂν πολλοὶ ἐπεθύμουν τυραννεῖν. Vides, quanta sit Graecorum urbanitas, quanta brevitas et concinnitas. Caeterum similiter loquitur in tali re etiam Aristophanes Avv. 789. — 794. Accedat his alius locus ex Pla-

μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Ἱέρων, ἄπειροι ὄντες ἀμφοτέρων τῶν ἔργων σκοποῦνται περὶ αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ πειράσομαί σε διδάσκειν, ὅτι ἀληθῆ λέγω, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὄψεως· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ σὲ δοκῶ μεμνῆσθαι ἀρξάμενον λέγειν. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν τοῖς διὰ τῆς 11
ὄψεως θεάμασι λογιζόμενος εὑρίσκω μειονεκτοῦντας

tonis Phaedon. p. 70. C. qui quamvis paullo aliter conformatus sit, videtur tamen non male huc referri posse. Ibi igitur haec verba legimus: *Καὶ εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, πάλιν γίγνεσθαι ἐκ τῶν ἀποθανόντων τοὺς ζῶντας, ἄλλο τι ἢ εἶεν ἂν ἡμῶν αἱ ψυχαὶ ἐκεῖ; οὐ γὰρ ἄν που πάλιν ἐγίγνοντο μὴ οὖσαι.*

τῶν δοκούντων ἱκαν. ἀνδρ. εἶναι] Vid. Buttm. §. 129. 2. §. 131. 4. c. Matth. §. 536. Cf. infr. §. 32. II, 1. III, 8.

πάντες ἐζήλουν ἂν] Reuchlin. codd. Lips. Parr. A. B. dant *πάντας*. Minus bene. Cupiunt regnare *multi*, *omnes* admirantur felicesque putant tyrannos.

10. *ἄπειροι ὄντες ἀμφοτέρων τῶν ἔργων*] Si voluisset scriptor *ἀμφότερα τὰ ἔργα* unam esse notionem ad indicandum id, quod antea posuerat *ὁ τυραννικὸς καὶ ὁ ἰδιωτικὸς βίος*: simpliciter scripturus fuisset *ἀμφότερα*. Hinc bene vidit Bremius, primarium genitivum in his esse *τῶν ἔργων*, a quo pendeat alter *ἀμφοτέρων*; sed falsus est in eo, quod *τὰ ἔργα ἀμφοτέρων* de *effectu utriusque* (vitae privatae et regiae) vult intelligi. Sunt enim *vera utriusque vitae conditio*. Sed quod tam arcte copulati sunt hi genitivi, id nemo mirabitur. Similiter Xenoph. Anab. V, 5, 18. *βίᾳ οὐδὲν ἐλαμβάνομεν τῶν ἐκείνων.* ubi *τὰ ἐκείνων* sunt *res illorum*. Hellen. II, 2, 9. *ὅσοι τῶν αὐτῶν ἐστέροντο.* In talibus autem qui regitur genitivus postponi solet alteri regenti, sed ita tamen, ut interdum etiam, uti h. l. factum videmus, id est in oppositionis vi et gravitate augenda, primam sedem occupet. Pertinet huc illud exemplum, quod laudat Bremius ex Anab. VII, 2, 17. *παραλαβὼν Πολυκράτην τὸν Ἀθηναῖον, λοχαγόν, καὶ παρὰ τῶν στρατηγῶν ἑκάστου ἄνδρα (πλὴν παρὰ Νέωνος), ᾧ ἕκαστος ἐπίστευεν.* In his et numeri diversitas, quae est horum genitivorum, et quod sequitur additamentum (*πλὴν παρὰ Νέωνος*) omnem tollit dubitationem. Cf. Heindorf. ad Plat. Cratyl. p. 400. D. De Latinis Bremius iubet conferri Cic. Tusc. Disp. II, 21, 50. „*Huius* (intell. mulieris) *animi* pars illa mollior rationi sic paruit, ut severo imperatori miles pudens.“ Or. pr. Cn. Planc. II, 6. „Si cedo illius (Laterensis) ornamentis, quae multa et magna sunt, non solum *huius* (Plancii) *dignitatis* iactura facienda est, sed etiam largitionis recipienda suspicio.“ Infinitum est plura commemorare; quae si quis desideraverit, inspiciat Bremii adnot. ad Corn. Nep. Milt. III, 1.

τοὺς τυράννους. Ἄλλα μέν γε ἐν ἄλλῃ χώρᾳ ἐστὶν ἀξιοθέατα· ἐπὶ δὲ τούτων ἕκαστα οἱ μὲν ἰδιῶται ἔρχονται, καὶ εἰς πόλεις, ἃς ἂν βούλωνται θεαμάτων ἕνεκα, καὶ εἰς τὰς κοινὰς πανηγύρεις, ἔνθα τὰ ἀξιοθεα-
12 τότατα δοκεῖ εἶναι ἀνθρώποις συναγείρεσθαι. Οἱ δὲ τύραννοι οὐ μάλα ἀμφὶ θεωρίας ἔχουσιν. Οὔτε γὰρ ἰέναι αὐτοῖς ἀσφαλὲς, ὅπου μὴ κρείσσονες τῶν παρόντων μέλλουσιν ἔσεσθαι, οὔτε τὰ οἴκοι κέκτηνται ἐχυρὰ, ὥςτε ἄλλοις παρακαταθεμένους ἀποδημεῖν. Φοβερὸν γὰρ μὴ ἅμα τε στερηθῶσι τῆς ἀρχῆς καὶ ἀδύ-
13 νατοι γένωνται τιμωρήσασθαι τοὺς ἀδικήσαντας. Εἴ-

11. ἃς ἂν βούλωνται] Ad ἃς repete εἰς, quae ellipsis praepositionum quum apud Graecos tum apud Latinos frequentissima est. Xenoph. Memor. Socr. III, 7, 3. Ἐν ταῖς συνουσίαις, αἷς σύνει τοῖς τὰ τῆς πόλεως πράττουσι. Symp. IV, 1. Ἐγὼ γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ, ᾧ ὑμῶν ἀκούω ἀπορούντων, τί τὸ δίκαιον, ἐν τούτῳ δικαιοτέρους τοὺς ἀνθρώπους ποιῶ. Cic. Legg. III, 15, 33. „Nam ego in ista sum sententia, *qua* te fuisse semper scio.“ Vid. Matth. §. 595. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 76. D. Schaef. ad Sophocl. Oed. Colon. 749. Matth. ad Cic. pr. Rosc. Amer. 44, 127. Brem. ad Corn. Nep. Cim. III, 1.

ἔνθα τὰ ἀξιοθεατότατα] Ita corrigi debebat vel invito cod. Par. B., qui dat ἔνθα τὰ ἀξιοθεατώτατα. Herodot. II, 76. Τῇ Ἴσι τε τὸ ἐν Μέμφι ἱρὸν Ἄμασίς ἐστι ἐξοικοδομήσας, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιοθεητότατον. Sic infra §. 35. ἐπαφροδιτότατα recte scriptum in cod. Lips. — In seqq. verbis δοκεῖ εἶναι ἀνθρώποις συναγείρεσθαι mirum quantum se torserunt interpretes. Ac fuerunt quibus verbum εἶναι tamquam ineptum displiceret. Non est tamen cur quidquam mutes. Dicere volebat: ἔνθα τὰ ἀξιοθεατότατα δοκεῖ εἶναι ἀνθρώποις, ὥςτε συναγείρεσθαι αὐτούς. Cf. Matth. §. 535. b). Buttm. §. 127. 4. — „Praeterea, inquit Schneiderus, in Xenophonte displicent verba θεαμάτων ἕνεκα, plane supervacanea post illa ἐπὶ δὲ τούτων ἕκαστα, nec ad concinnitatem orationis conferre quidquam videntur.“ Vereor ut recte.

12. κρείσσονες] Sic Reuchl. codd. Lips. Parr. A. B., quos scito in talibus mihi ubique duces fuisse. Nec vero temere scriptum est, quod dedimus infr. §. 19. VI, 2. all. Vid. Bornemann. de Epilog. Cyrop. p. 19. Add. Poppo ad Cyrop. Praef. p. XXXIII. seqq.

ἅμα τε στερηθῶσι — καὶ ἀδ.] Omissum est τε post ἅμα in multis libris. Praeter necessitatem. Sexcenties τε — καὶ particulae sic post ἅμα positae reperiuntur. — Caeterum eamdem sententiam de vita tyranni Plato Reip. libr. IX. p. 579. B. sic explicat: λίχνῳ δὲ ὄντι αὐτῷ τὴν ψυχὴν μόνῳ τῶν ἐν τῇ

ποις οὖν ἂν ἴσως σύ· Ἀλλ' ἄρα ἔρχεται αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ οἴκοι μένουσι. Ναὶ μὰ Δία ὦ Σιμωνίδη ὀλίγα γε τῶν πολλῶν, καὶ ταῦτα τοιαῦτα ὄντα οὕτω τίμια πωλεῖται τοῖς τυράννοις, ὥστε οἱ ἐπιδεικνύμενοι καὶ ὁτιοῦν ἀξιοῦσι πολλαπλάσια λαβόντες ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἀπιέναι παρὰ τοῦ τυράννου ἢ ὅσα ἐν παντὶ τῷ βίῳ παρὰ πάντων τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κτῶνται.
Καὶ ὁ Σιμωνίδης εἶπεν· Ἀλλ' εἰ τοῖς θεάμασι μει- 14
ονεκτεῖτε, διά γέ τοι τῆς ἀκοῆς πλεονεκτεῖτε. Ἐπεὶ τοῦ μὲν ἡδίστου ἀκροάματος ἐπαίνου οὔποτε σπανίζετε. Πάντες γὰρ οἱ παρόντες ὑμῖν πάντα, καὶ ὅσα

πόλει οὔτε ἀποδημῆσαι ἔξεστιν οὐδαμόσε οὔτε θεωρῆσαι ὅσων δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐλεύθεροι ἐπιθυμηταί εἰσι, καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ἐάν τις ἔξω ἀποδημῇ καὶ τι ἀγαθὸν ὁρᾷ.

ὥστε οἱ ἐπιδεικνύμενοι καὶ ὁτιοῦν] Cod. Lips. post ὥστε additum habet καὶ, quod quamquam vel falso iudicio vel oculi errore facile ab sequentibus verbis huc transponi a librario potuit, mihi tamen ita probatur, ut non multum abesset, quin orationi Hieronis insererem. Notum est enim, quantopere Graeci in huius particulae usu luxurientur. Luculentum eius rei exemplum exstat apud Plat. Phileb. p. 62. Ὥρα δὴ, inquit Socrates, βουλεύεσθαι νῷν καὶ περὶ τῶν ἡδονῶν, πότερα καὶ ταύτας πάσας ἀθρόας ἀφετέον ἢ καὶ τούτων πρώτας μεθετέον ἡμῖν, ὅσαι ἀληθεῖς. ubi nollem amicissimum editorem in triplici καὶ haesisse.

13. πολλαπλάσια — ἢ ὅσα] Refutat hic quoque locus errorem eorum, quibus pronomen relativum post πολλαπλάσιος διπλάσιος omitti debere videbatur. Similiter Xen. Cyr. IV, 2, 37. ἐπιμελήθητε προθύμως, ὅπως διπλάσια σῖτα καὶ ποτὰ παρασκευασθῆναι τοῖς δεσπόταις καὶ τοῖς οἰκέταις ἢ ἃ (sic recte Schaeferus) καθ' ἡμέραν ποιεῖτε.

14. ἡδίστου ἀκροάματος ἐπαίνου] Antisthenes quum vidisset adolescentem luxuriosum acroamatis deditum, dixisse traditur: „Miserum te, adolescens, qui numquam audisti summum acroama laudem tuam.“ Ipse Xenophon in fabula Prodicia §. 31. haec habet: τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος ἐπαίνου σεαυτῆς ἀνήκοος εἶ. „Themistoclem dixisse aiunt, quum ex eo quaereretur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret: eius, a quo sua virtus optime praedicaretur.“ Cic. pr. Arch. Poet. IX, 32.

ὅσα ἂν — ὅσα ἂν] Sic legitur in Stobaeo et cod. Par. B., in reliquis est ὅσα ἐὰν — ὅσα ἐὰν; quod cur spreverim, ne tironum quidem scientiam fugere potest. Laudo tamen Hindenburgium, qui quum aliquoties vidisset ἐὰν scriptum, ubi ἂν debebat, neque id auderet invitis libris ubique rescribere,

ἂν λέγητε καὶ ὅσα ἂν ποιῆτε, ἐπαινοῦσι. Τοῦ δ' αὖ
χαλεπωτάτου ἀκροάματος λοιδορίας ἀνήκοοί ἐστε.
Οὐδεὶς γὰρ ἐθέλει τυράννου κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγο-
15 *ρεῖν. Καὶ ὁ Ἱέρων εἶπεν· Καὶ τί οἴει, ἔφη, τοὺς μὴ*
λέγοντας κακῶς εὐφραίνειν, ὅταν εἰδῇ τις σαφῶς, ὅτι
οἱ σιωπῶντες οὗτοι πάντες πάντα κακὰ νοοῦσι τῷ τυ-
ράννῳ; ἢ τοὺς ἐπαινοῦντας τί δοκεῖς εὐφραίνειν,
ὅταν ὕποπτοι ὦσιν ἕνεκα τοῦ κολακεύειν τοὺς ἐπαί-
16 *νους ποιεῖσθαι; Καὶ ὁ Σιμωνίδης εἶπεν· Τοῦτο μὲν*
δὴ καὶ μὰ τὸν Δία ἔγωγέ σοι Ἱέρων πάνυ συγχωρῶ,
τοὺς ἐπαίνους παρὰ τῶν ἐλευθερωτάτων ἡδίστους
εἶναι· ἀλλ', ὁρᾷς, ἐκεῖνό γε οὐκ ἂν ἔτι πείσαις ἀνθρώ-

Animadv. in Xen. Mem. p. 150. de nostro loco haec proposuit: „Nisi quis haec exquisitius et *more Attico* dicta existimet, quo tempus et rem relative simul exprimunt, pro *καὶ ἐὰν λέγητέ τι καὶ ὅσα* [ἂν] *λέγητε* itemque *καὶ ἐὰν ποιῆτέ τι καὶ ὅσα* [ἂν] *ποιῆτε.*" Sed quid in eiusmodi locis statuendum sit, docuit Hermannus Adnotatt. ad Viger. p. 835. Cf. Schaef. Iulian. p. V.

Οὐδεὶς γὰρ ἐθέλει etc.] Similiter de hac re loquitur Dio Chrysostomus T. II. p. 522. in. ed. Reisk.: *οὐδεὶς φέγει ἐκ τοῦ φανεροῦ.*

15. *πάντες πάντα κακὰ*] Non dubitavi sic edere cum Schaefero, quamquam obnititur Schneiderus, cui, quod Hiero amice loquatur cum Simonide, *πάντα* secludendum videtur. Cf. infr. II, 8. Et amat quaevis lingua, inprimis Graeca, talia per abundantiam quamdam coniugare: quae | coniugatio utrimque adiuvat significationem. Plat. Legg. XI. p. 934. D. *μαίνονται πολλοὶ πολλοὺς τρόπους.* Cic. de N. D. I, 19, 50. „ut *omnia omnibus paria paribus* respondeant." Id. de Off. I, 15, 49. „*Multi* enim faciunt *multa* temeritate quadam." Add. ibid. c. XVII. §. 53. ubi vid. quae notavit doctissimus Beierus. Exempla quaedam, licet alia de caussa, attulit etiam Buttm. §. 138. III. 1.

ἕνεκα τοῦ κολακεύειν] „non quod laude digna sint ea, quae praedicant." Brodaeus.

ποιεῖσθαι] „Stobaeus *ποιούμενοι* dat probante Stephano, non me; nec cum Zeunio *ὥστε* intelligendum est ad *ποιεῖσθαι*. Is enim Infinitivus ab *ὕποπτοι ὦσιν* pendet." Haec bene Schneiderus monuit; non tamen omnino improbandum est participium. Vid. Buttm. §. 131. 4. et ibid. observ. 3. Ego certe ita constructum *ὑποπτεύεσθαι* legisse me recordor.

16. *ἀλλ', ὁρᾷς, ἐκεῖνό γε*] Miris modis in hoc loco corrigendo laborarunt interpretes. Sed *ὁρᾷς* sic interpositum ne suspectum habeas, efficient haec exempla: Plat. Prot. p. 336. B. *Ἀλλ', ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Σώκρατες δίκαια δοκεῖ λέγειν Πρωταγόρας.* Aristoph. Thesmoph. 490. *ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὁρᾷτ', Εὐριπί-*

πων οὐδένα, ὡς οὐχὶ, δι' ὧν τρεφόμεθα οἱ ἄνθρωποι,
πολὺ πλείω ὑμεῖς ἐν αὐτοῖς εὐφραίνεσθε. Καὶ οἶδά 17
γ', ἔφη, ὦ Σιμωνίδη, ὅτι τούτῳ κρίνουσιν οἱ πλεῖ-
στοι ἥδιον ἡμᾶς καὶ πίνειν καὶ ἐσθίειν τῶν ἰδιωτῶν,
ὅτι δοκοῦσι καὶ αὐτοὶ ἥδιον ἂν δειπνῆσαι τὸ ἡμῖν πα-
ρατιθέμενον δεῖπνον ἢ τὸ ἑαυτοῖς. Τὸ γὰρ τὰ εἰω-
θότα ὑπερβάλλον, τοῦτο παρέχει τὰς ἡδονάς. Διὸ καὶ 18
πάντες ἄνθρωποι ἡδέως προσδέχονται τὰς ἑορτὰς,
πλὴν οὐχ οἱ τύραννοι. Ἔκπλεῳ γὰρ αὐτοῖς ἀεὶ πα-
ρεσκευασμέναι οὐδεμίαν ἐν ταῖς ἑορταῖς ἔχουσιν αἱ
τράπεζαι αὐτῶν ἐπίδοσιν. Ὥστε ταύτῃ πρῶτον τῇ
εὐφροσύνῃ τῆς ἐλπίδος μειονεκτοῦσι τῶν ἰδιωτῶν,

δης, et mox 496. ταῦθ', ὁρᾷς, οὐδεπώποτ' εἶπεν. Neque raro ὁρᾷς illud vel ὁρᾶτε orationi praemittitur: Eurip. Orest. 581. seqq. ὁρᾷς, Ὀδυσσέως ἄλοχον οὐ κατέκτανε Τηλέμαχος· οὐ γὰρ ἐπεγάμει πόσει πόσιν. Cfr. Heindorfius ad Plat. Prot. l. c. (nam quae idem ad Cratyl. p. 431. E. proposuit, probare nequeo.) et qui numquam satis a me laudari potest Cel. Beckius ad Aristoph. Avv. 1565. De vi et significatione huius verbi Bremius haec adscripsit: „Sehr oft steht ἀλλ' ὁρᾷς im Anfang der Periode, und ist stark bejahend und insinuirend, indem man überzeugt ist, der, zu dem man redet, könne die Sache selbst unmöglich anders ansehen.“ Recte. Noli tamen credere, ἀλλά particulam necessarium quoddam additamentum esse ad interiectum illud ὁρᾷς, quod vel sine particula eodem modo dicitur. Ἀλλά pertinet ad totam sententiam, quae sequitur, et in nostro loco ad praecedd. verba τοῦτο μὲν δὴ spectat. Similiter usurpatur etiam latinum *vides*, in quo pariter ut in graeco verbo saepius haeserunt VV. DD. Ac ne nos quidem ab hoc usu alieni sumus, saepe sic nostrum *siehst du* medio sermoni inserentes.

17. καὶ πίνειν καὶ ἐσθίειν] In pluribus libris ordine mutato et priore καὶ omisso sic scribitur: ἐσθίειν καὶ πίνειν. eamque iustam aiunt collocationem esse. Ac profecto ita iam in Homero legitur: ἐσθιέμεν καὶ πινέμεν. Cave tamen quidquam mutes. Neque apud Graecos neque apud Latinos haec regula caret exceptione.

ὑπερβάλλον] Solus Athenaeus (IV, 24.) dedit ὑπερβάλλειν, quem infinitivum nollem ab Hieronis editoribus in ordinem receptum. Saepe etiam participio additur pronomen demonstrativum, ubi id putaveris omitti potuisse, augetque sententiae gravitatem. Vid. Matth. §. 468. b). Cf. etiam infr. §§. 21. 25. 32.

18. πλὴν οὐχ οἱ τύραννοι] Legebantur haec sine negatione, quam, quum non temere orta videretur, non dubitavi ex Athenaeo restituere. Nam cur ab librariis omissa fuerit, facilis explicatio est. Sed in aliis etiam locis post πλήν, in qua

19 Ἔπειτα δ', ἔφη, ἐκεῖνο εὖ οἶδ' ὅτι καὶ σὺ ἔμπειρος εἶ,
ὅτι ὅσῳ ἂν πλείω τις παραθῆται τὰ περιττὰ τῶν ἱκα-
νῶν, τοσούτῳ θᾶσσον κόρος ἐμπίπτει τῆς ἐδωδῆς.
Ὥστε καὶ τῷ χρόνῳ τῆς ἡδονῆς μειονεκτεῖ ὁ παρατι-
20 θέμενος πολλὰ τῶν μετρίως διαιτωμένων. Ἀλλὰ ναὶ
μὰ Δί', ἔφη ὁ Σιμωνίδης, ὅσον ἂν χρόνον ἡ ψυχὴ
προσίηται, τοῦτον πολὺ μᾶλλον ἥδονται οἱ ταῖς πολυ-
τελεστέραις παρασκευαῖς τρεφόμενοι τῶν τὰ εὐτελέ-
21 στερα παρατιθεμένων. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ἱέρων, ὦ Σι-
μωνίδη τὸν ἑκάστῳ ἡδόμενον μάλιστα, τοῦτον οἴει καὶ
ἐρωτικώτατα ἔχειν τοῦ ἔργου τούτου; Πάνυ μὲν οὖν,
ἔφη. Ἦ οὖν ὁρᾷς τι τοὺς τυράννους ἥδιον ἐπὶ τὴν

particula inest iam quaedam negationis significatio, sic solet addi. Commode Schneiderus in hanc rem comparat Xen. de Rep. Lacedaem. XV, 6. Καὶ ἕδρας δὲ πάντες ὑπανίστανται βασιλεῖ, πλὴν οὐκ ἔφοροι ἀπὸ τῶν ἐφορικῶν δίφρων. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 459. Nostrates quoque in familiari sermone sic loquuntur: „Alle Leute freuen sich auf die Festtage, *ausgenommen* die Geistlichen *nicht*." Ac si de ratione et natura huiuscemodi loquutionis quaeras, certum est quid respondeam. Namque ita enodanda dictio est: *ausgenommen* die Geistl., *die freuen sich nicht*. Non potest igitur, quid in talibus spectetur, cuiquam obscurum esse.

19. ἐκεῖνο εὖ οἶδ' ὅτι] „Pro ἐκεῖνο, inquit Zeunius, recepi ex Stobaeo genitivum, quem ἔμπειρος requirit: nam ἐκεῖνο non potest referri ad οἶδα." Potest. Sententia haec est: ἐκεῖνο εὖ οἶδ' ὅτι καὶ σὺ (αὐτοῦ) ἔμπειρος εἶ. Vid. Buttmann. §. 117. 5.

τῶν μετρίως διαιτ.] Pendet hic genitivus a praeced. verbo μειονεκτεῖ. Sed πολλὰ verbo suo postponitur oppositionis lege; neque probabile est quod exstat apud Stobaeum ὁ πολλὰ παρατιθέμενος.

21. μάλιστα — ἐρωτικώτατα] De constructionis natura non alienum fuerit conferre Matth. §. 462. p. 438.

ἀγλευκέστερον] „Auctoritate Suidae [accedunt nunc codd. Parr. A. B. et Gramm. ap. Bekker. Anecdd. Graec. I, 329.], qui hoc verbum *Siculum* putat, sic rescripsimus pro ἀγλυκέστερον vulgari, quod ut notius a librariis substitutum est loco rarioris et obscurioris." Zeun. Poetica vocabula ex nullo scriptore plura notata sunt a grammaticis quam e Xenophonte, ita ut obsoletorum et poeticorum vocabulorum sectator omnium Atticorum studiossimus dici potuerit ab Elmsleio ad Eurip. Heraclid. 404. p. 91. ed. Lips. Attamen multa numerantur in poeticis, quae non sunt, ut magnopere cavendum sit, ne

ἑαυτῶν παρασκευὴν ἰόντας ἢ τοὺς ἰδιώτας ἐπὶ τὴν
ἑαυτῶν; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ καὶ
ἀγλευκέστερον, ὡς πολλοῖς ἂν δόξειεν. Τί γάρ; ἔφη 22
ὁ Ἱέρων, τὰ πολλὰ ταῦτα μηχανήματα κατανενόη-
κας, ἃ παρατίθεται τοῖς τυράννοις, ὀξέα καὶ δριμέα
καὶ στρυφνὰ καὶ τὰ τούτων ἀδελφά; Πάνυ μὲν οὖν,
ἔφη ὁ Σιμωνίδης, καὶ πάνυ γέ μοι δοκοῦντα παρὰ
φύσιν εἶναι ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις. Ἄλλο τι οὖν οἴει, 23
ἔφη ὁ Ἱέρων, ταῦτα τὰ ἐδέσματα εἶναι ἢ μαλακῆς
καὶ ἀσθενούσης τρυφῇ ψυχῆς ἐπιθυμήματα; Ἐπεὶ
εὖ οἶδ' ἔγωγε, ὅτι οἱ ἡδέως ἐσθίοντες, καὶ σύ που οἶ-
σθα ὅτι, οὐδὲν προσδέονται τούτων τῶν σοφισμάτων.

falsum de his indicium facias. Verum de ἀγλευκέστερον dubitare nolim.

22. κατανενόηκας] Schweighaeuserus in Athenaeo, qui hanc et seq. §. excerpsit (III, 93.), praeeuntibus ed. Ven. et cod. A. edidit κατανενοήκατε, quod Xenophon potuerit etiam plurali numero utentem Hieronem inducere, idque alibi etiam subinde in eadem scriptione fecerit.

τοῖς ἀνθρώποις] Articulum restitui ex cod. Par. B., non ignorans tamen, omitti eum potuisse. Pleni sunt libri de hac omissione disputantium philologorum. Cf. Buttmann. §. 110. observ. 3. Matth. §. 263.

23. Ἄλλο τι οὖν — ἢ μαλακ.] Libri Lips. Parr. A. B. cum ed. Ald. ignorant ἤ. Vid. Buttm. §. 137. p. 581. Matth. §. 487. 8). Sed audiendus est etiam vir ille, cui plurima et maxima debeo, Hermannus ad Viger. p. 730.: „Ἄλλο τι, inquit, quum sine ἢ ponitur, interrogationem habent sola verba ἄλλο τι: reliqua non sunt in interrogatione. Prorsus similis Germanorum loquutio est *nicht wahr?* quod quum usurpatur, interrogationem continet sic, ut reliqua sine interrogatione proferantur: quare haec duo vocabula et initio et in fine collocari possunt.“ Iam vero quid in nostro loco scribendum sit, tirones ipsi iudicent.

ἀσθενούσης τρυφῇ ψυχῆς] Editt. vett. cum codd. Lips. Parr. A. B. exhibent τρυφῆς, pro quo bene τρυφῇ legitur apud Reuchlin. Alii hoc vocabulum prorsus omittunt; et omnino magna h. l. scripturae varietas est, de qua alio tempore disputare commodius fuerit. Sed si aliquid omittendum foret, deleto ψυχῆς scriberem τρυφῆς et ἀσθενούσης ab ἀσθενοῦν (*debilitare*) derivandum dicerem.

οἶσθα ὅτι] Absolute pro particula affirmandi sic solere interponi οἶδ' ὅτι, εὖ οἶδ' ὅτι, εὖ οἶσθ' ὅτι, σάφ' ἴσθι (vid. infr. §. 27.) et similia, non male quidem dixit Weiskius; sed hic locus paullo aliter comparatus est, quum additum sit καὶ σύ που, eaque verba ad praeced. ἔγωγε respiciant.

24 Ἀλλὰ μέντοι, ἔφη ὁ Σιμωνίδης, τῶν γε πολυτελῶν
ὀσμῶν ταύτων, αἷς χρίεσθε, τοὺς πλησιάζοντας οἶμαι
μᾶλλον ἀπολαύειν ἢ αὐτοὺς ὑμᾶς· ὥςπερ γε καὶ τῶν
ἀχαρίστων ὀσμῶν οὐχ αὐτὸς ὁ βεβρωκὼς αἰσθάνεται,
25 ἀλλὰ μᾶλλον οἱ πλησιάζοντες. Οὕτω μέντοι, ἔφη ὁ
Ἱέρων, καὶ τῶν σίτων ὁ μὲν ἔχων παντοδαπὰ ἀεὶ
οὐδὲν μετὰ πόθου αὐτῶν λαμβάνει· ὁ δὲ σπανίσας
τινὸς, οὗτός ἐστιν ὁ μετὰ χαρᾶς πιμπλάμενος, ὅταν
26 αὐτῷ προφανῇ τι. Κινδυνεύουσιν, ἔφη ὁ Σιμωνίδης,
αἱ τῶν ἀφροδισίων μόνον ὑμῖν ἀπολαύσεις τοῦ τυ-
ραννεῖν τὰς ἐπιθυμίας παρέχειν. Ἐν γὰρ τούτῳ ἔξε-
στιν ὑμῖν, ὅ τι ἂν κάλλιστον ἴδητε, τούτῳ συνεῖναι.
27 Νῦν δὴ, ἔφη ὁ Ἱέρων, εἴρηκας ἐν ᾧ γε σάφ' ἴσθι μει-
ονεκτοῦμεν τῶν ἰδιωτῶν. Πρῶτον μὲν γὰρ γάμος ὁ
μὲν ἐκ μειζόνων δήπου καὶ πλούτῳ καὶ δυνάμει κάλ-
λιστος δοκεῖ εἶναι καὶ παρέχειν τινὰ τῷ γήμαντι φιλο-

25. Mira est quorumdam interpretum de hac §. sententia, ea omnia, quae h. l. dicit Hiero, tamquam quae non cohaereant cum antecedd., post §. 17. inserenda iudicantium. Optime cohaerent omnia, neque est cur longus sim in re aperta. Sed hoc unum dixisse sufficiat, genitivum τῶν σίτων pendere ab οὐδὲν, quod quum Weiskius perperam coniungeret cum seqq., coactus est proponere hunc ordinem: οὐδὲν αὐτῶν μετὰ πόθου λαμβάνει.

πιμπλάμενος] Simplex verbum praebent optimi libri. Sed quod alii dederunt ἐμπιμπλάμενος, potest id probari multo minus quam ἐμπιπλάμενος, quod est in Stobaei editt. Vid. Buttmann. §. 101. p. 385. Matth. §. 246. p. 251. med. Add. Lobeck. ad Phryn. p. 96. — Supra pro χαρᾶς Stobaei editt. dant χαρμονῆς, quod quamvis probante Stephano nolui substituere vulgato. Legitur tamen in Cyropaed. I, 4, 22. ubi vid. Schneider.

Caeterum non indigna sunt quae h. l. commemorentur Dionis Chrys. verba (Tom. II. p. 321. Reisk.): ὅτι δὲ μηδεμιᾶς σπανίζουσιν ἡδονῆς, οὐδέποτε ἐμπίπλανται ἡδόμενοι. Intelliguntur tyranni — οἱ πολλοὶ τῶν ἐν ταῖς δυναστείαις, ut dicit ipse.

26. Κινδυνεύουσιν] Ne post κινδ. in vivida hac Simonidis oratione desideres οὖν particulam, compara mihi haec verba: Εἰ οὖν ἀρχοίμεθα, ἔφη, ἀροῦν τὴν γῆν χειμῶνος; — Ἀλλὰ πηλὸς ἂν εἴη, ἐγὼ ἔφην. — Ἀλλὰ τοῦ θέρους σοι δοκεῖ; — Σκληρά, ἔφην ἐγώ, ἔσται ἡ γῆ κινεῖν τῷ ζεύγει. — Κινδυνεύει ἔαρος, ἔφη, εἶναι τούτου τοῦ ἔργου ἀρκτέον. Xen. Oecon.

τιμίαν μεθ' ἡδονῆς· δεύτερον δ' ὁ ἐκ τῶν ὁμοίων·
ὁ δ' ἐκ τῶν φαυλοτέρων πάνυ ἄτιμός τε καὶ ἄχρηστος
νομίζεται. Τῷ τοίνυν τυράννῳ, ἂν μὴ ξένην γήμῃ, 28
ἀνάγκη ἐκ μειόνων γαμεῖν. Ὥστε τὸ ἀγαπητὸν οὐ
πάνυ αὐτῷ παραγίνεται. Πολὺ δὲ καὶ αἱ θεραπεῖαι
αἱ ἀπὸ τῶν μέγιστον φρονουσῶν γυναικῶν εὐφραί-
νουσι μάλιστα, αἱ δὲ ὑπὸ τῶν δούλων παροῦσαι μὲν
οὐδέν τι ἀγαπῶνται, ἐὰν δέ τι ἐλλείπωσι, δεινὰς ὀρ-
γὰς καὶ λύπας ἐμποιοῦσιν. Ἐν δὲ τοῖς παιδικοῖς ἀ- 29
φροδισίοις ἔτι αὖ πολὺ μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς τεκνοποιοῖς
μειονεκτεῖ τῶν εὐφροσυνῶν ὁ τύραννος. Ὅτι μὲν γὰρ
τὰ μετ' ἔρωτος ἀφροδίσια πολὺ διαφερόντως εὐφραί-
νει, πάντες δήπου ἐπιστάμεθα· ὁ δὲ ἔρως πολὺ αὖ
ἐθέλει ἥκιστα τῷ τυράννῳ ἐγγίγνεσθαι. Οὐδὲ γὰρ 30
τῶν ἑτοίμων ἥδεται ὁ ἔρως ἐφιέμενος, ἀλλὰ τῶν ἐλ-
πιζομένων. Ὥσπερ οὖν εἴ τις ἄπειρος ὢν δίψους τοῦ

XVI, 11. sq. Ibi non magis opus aut post κινδυνεύει aut post ἔαρος adiungi ἄρα. Cf. Memor. Socr. IV, 2, 34. Latinus quoque sermo in eiusmodi locis, quales hi sunt Xenophontei, omittit interdum particulas, quae si adiiciuntur — adiecerunt autem aliquoties Ciceronis editores — languidam orationem efficiunt.

27. μειονεκτοῦμεν] Quod ex Stobaeo praepositum erat πλεῖστον, id non dubitavimus reiicere. Hoc enim additamentum meram continet nostrae lectionis interpretationem.

δεύτερον δ' ὁ ἐκ τῶν ὁμοίων] Quid ad haec verba supplendum sit, facile perspicitur ex praecedd. neque opus est coniectura δεύτερος δ' ὁ ἐκ τῶν ὁμοίων.

28. ἐκ μειόνων] „Omnes enim regibus *serviunt*, qui in eorum ditione sunt.“ Brodaeus.

εὐφραίνουσι μάλιστα] Sed saepe in tali matrimonio id solet evenire, quod canit Iuvenalis Satir. VI, 457. sqq.

Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
Quum virides gemmas collo circumdedit et quum
Auribus extentis magnos commisit elenchos.
Intolerabilius nihil est quam femina dives.

ὑπὸ τῶν δούλων] Vid. quae diximus infr. ad VII, 6.

29. ἐθέλει ἥκιστα] In Stobaei editt. scribitur θέλει. Vtraque forma Atticis erat usitata, neque intelligo ea, quae de ἐθέλει praecepit Passovius in Lex. Graec. Tom. I. p. 408. l. 13., egregio caeteroquin opere et quod longe praestet Riemeriano.

30. Ὥσπερ οὖν εἴ τις ἄπειρος ὢν] Iam olim a viris doctis varie de h. l. disputatum est; et novissimi editores Stepha-

πιεῖν ἀπολαύοι, οὕτω καὶ ὁ ἄπειρος ὢν ἔρωτος ἄπει-
31 ρός ἐστι τῶν ἡδίστων ἀφροδισίων. Ὁ μὲν οὖν Ἱέρων
οὕτως εἶπεν· ὁ δὲ Σιμωνίδης ἐπιγελάσας, Πῶς λέ-
γεις, ἔφη, ὦ Ἱέρων; Τυράννῳ οὐ φῂς παιδικῶν ἔρω-
τας ἐμφύεσθαι; Πῶς μὴν σὺ, ἔφη, ἐρᾷς Δαϊλόχου
32 τοῦ καλλίστου ἐπικαλουμένου; Ὅτι μὰ τὸν Δί', ἔφη,
ὦ Σιμωνίδη οὐ τοῦ ἑτοίμου παρ' αὐτοῦ δοκοῦντος εἶ-
ναι τυχεῖν, τούτου μάλιστα ἐπιθυμῶ, ἀλλὰ τοῦ ἥκι-
33 στα τυράννῳ προσήκοντος κατεργάσασθαι. Ἐγὼ γὰρ
δὴ ἐρῶ μὲν Δαϊλόχου ὧνπερ ἴσως ἀναγκάζει ἡ φύσις

num maxime sequuti ita scripserunt: ὥσπερ οὖν εἴ τις ἄπειρος ὢν δίψους τοῦ πιεῖν οὐκ ἂν ἀπολαύοι. Sed quum Brunnius recte dubitaret, num participium post pronomina relativa vel coniunctiones pro finito verbo poni posset: vulgatam lectionem sagacissime vidit sic esse enodandam: εἴ τις πίοι ἄπειρος ὢν δίψους, τοῦ πιεῖν οὐκ ἂν ἀπολαύοι. Nam πίοι illud ex infinitivo qui sequatur facile suppleri dicit. Similiter in aliis etiam locis ex seqq. quaedam cogitari debere, si, quae dicantur in priore membro, recte intelligere volueris. Sic in Xenoph. Hellen. II, 3, 19. in verbis ἔλεγεν, ὅτι ἄτοπον δοκοίη ἑαυτῷ εἶναι, τὸ πρῶτον μὲν, βουλομένους τοὺς βελτίστους τῶν πολιτῶν, κοινωνοὺς ποιήσασθαι τρισχιλίους — tantum abesse ut excidisse quaedam videantur, ut illa extrema κοινωνοὺς ποιήσασθαι etiam ad praeced. βουλομένους supplenda sint. Neque aliam rationem esse eorum, quae leguntur ibid. I, 7, 6. εἴπερ γέ τινας δέοι περὶ τῆς ἀναιρέσεως, οὐδένα ἄλλον ἔχειν αὐτοὺς αἰτιᾶσθαι ἢ τούτους, οἷς προσετάχθη. In his quoque infinitivum αἰτιᾶσθαι ad superioris membri verbum (δέοι) intelligendum esse. At vero in Hierone quo minus viro praestantissimo assentiar, librorum impedit auctoritas, verba οὐκ ἂν miro consensu omittentium. Mihi igitur hic locus videtur ita expediendus: ὥσπερ οὖν εἴ τις ἄπειρος ὢν δίψους τοῦ πιεῖν ἀπολαύοι (intell. ex seqq. ἄπειρος ἂν εἴη τῆς ἡδονῆς vel tale quid), οὕτω καὶ ὁ ἄπειρος etc. i. e. *quemadmodum igitur si quis sitis expers potu frui velit* (conetur), quam sperat voluptatem non percipit, *sic etiam qui amoris expers est non sentit iucundissimas voluptates.* Par igitur ac similis utriusque ratio est: ὅμοιά μοι δοκεῖ πάσχειν ὁ ἄπειρος ὢν ἔρωτος, ὥσπερ εἴ τις ἄπειρος ὢν δίψους τοῦ πιεῖν ἀπολαύοι. Apodosis autem ad id demum adiicitur, quod nunc maxime spectat Hieronis oratio. Sed ἀπολαύειν τοῦ πιεῖν quum h. l. non possit satis commode simplici verbo πίνειν explicari, in praesenti ἀπολαύοι pariter atque alibi in imperfecto et aoristo *volendi* significationem latere puto. Eodem modo iudicandum videtur de loco Mem. Socr. II, 1, 14. καὶ ὅπλα κτῶνται, οἷς ἀμύνονται (quibus arcere et repellere conantur)

ἀνθρώπου δεῖσθαι παρὰ τῶν καλῶν· τούτων δέ, ὧν
ἐρῶ τυχεῖν, μετὰ μὲν φιλίας καὶ παρὰ βουλομένου
πάνυ ἰσχυρῶς ἐπιθυμῶ τυγχάνειν, βίᾳ δὲ λαμβάνειν
παρ᾽ αὐτοῦ ἧσσον ἄν μοι δοκῶ ἐπιθυμεῖν ἢ ἐμαυτὸν
κακόν τι ποιεῖν. Παρὰ μὲν γὰρ πολεμίων ἀκόντων 34
λαμβάνειν πάντων ἔγωγε ἥδιστον νομίζω εἶναι, παρὰ
δὲ παιδικῶν βουλομένων ἥδισται οἶμαι αἱ χάριτες εἰ-
σίν. Εὐθὺς γὰρ παρὰ τοῦ ἀντιφιλοῦντος ἡδεῖαι μὲν 35
αἱ ἀντιβλέψεις, ἡδεῖαι δὲ αἱ ἐρωτήσεις, ἡδεῖαι δὲ αἱ
ἀποκρίσεις, ἥδισται δὲ καὶ ἐπαφροδιτόταται αἱ μάχαι

τοὺς ἀδικοῦντας. ubi Ernestius corrigebat ἀμύνωνται. Iudicandum similiter de multis Latinorum locis. Quinctil. Inst. Orat. X, 1, 59. „Sed dum *assequimur* (i. e. während wir zu erreichen suchen) illam firmam, ut dixi, facilitatem, optimis assuescendum est et multa magis quam multorum lectione formanda mens et ducendus color.“ Compara cum his Liv. VII, 17. „Omnique ope *impediebant*, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur.“

31. τοῦ καλλίστου ἐπικαλουμένου] Vid. Buttm. §. 131. 4, 4. Matth. §. 557. 1).

32. τοῦ ἑτοίμου — δοκοῦντος εἶναι] Cf. supra ad §. 9.

ἀλλὰ τοῦ ἥκιστα etc.] Leonclavius: „sed quod efficere regis est a conditione alienum.“ Nempe ut id assequatur μετὰ φιλίας καὶ παρὰ βουλομένου. Hoc autem dicit ἥκιστα τῷ τυράννῳ προσήκειν, quia reges ab amasiis metuuntur neque de mutua benevolentia umquam certi esse possunt. Cf. infr. §. 37. sq.

33. ὧνπερ ἴσως] „Plene dicitur διὰ ταῦτα, ὧνπερ etc. *ego enim Dailochum amo quidem ob ea, quae natura humana fortassis cogit petere a formosis.*“ Zeun. „Sed ego, inquit Weiskius, opinor ἐρᾶν habere posse genitivum rei, ut plene dicamus ἐκείνων ἕνεκα, ὧνπερ etc. sicut dicitur ζηλοῦν, θαυμάζειν, ἄγασθαι, εὐδαιμονίζειν τινά τινος.“ Vid. Buttm. §. 119. 6. 1). Matth. §. 367. Ego vero nescio an rectius fuerit ad verbum ἐρῶ sic intelligere τούτων, ut ab eo pendeat alter genitivus Δαϊλόχου. Ex quo oritur hic sensus: *Ich liebe (begehre) dasjenige an (von) dem Dailochus, was* etc. Hoc mox dicit explicatius τούτων δὲ, ὧν ἐρῶ τυχεῖν. — Sed de re ipsa quaerenti sic respondet Zeunius: „Turpitudinem rei verbis tegere studet.“

34. παρὰ δὲ παιδικῶν βουλ.] Zeunius intelligit λαμβάνειν ὧν ἐρῶ τυχεῖν. Perperam. Construe: αἱ χάριτες ἥδισταί εἰσι παρὰ παιδικ. βουλομένων. Cf. seqq. Caeterum hunc quoque locum ob oculos habuit Dio Chrys. Vol. I. p. 132. ed. Reisk. οὐ γάρ, inquit, καὶ τὰ ἀφροδίσια ταῦτα ἥδιστα καὶ ἀνυβριστότατα, ὅσα γίνεται μετὰ φιλίας τῶν συνόντων;

36 τε καὶ ἔριδες. Τὸ δὲ ἀκόντων παιδικῶν ἀπολαύειν
λεηλασίᾳ, ἔφη, ἔμοιγε δοκεῖ ἐοικέναι μᾶλλον ἢ ἀφρο-
δισίοις. Καίτοι τῷ μὲν λῃστῇ παρέχει τινὰς ὅμως ἡ-
δονὰς τό τε κέρδος καὶ τὸ ἀνιᾶν τὸν ἐχθρόν· τὸ δὲ,
οὗ ἂν ἐρᾷ τις, τούτῳ ἥδεσθαι ἀνιωμένῳ καὶ φιλοῦντα
μισεῖσθαι καὶ ἅπτεσθαι ἀχθομένου, πῶς οὐχὶ τοῦτο
37 ἤδη δυςχερὲς τὸ πάθημα καὶ οἰκτρόν; Καὶ γὰρ δὴ τῷ
μὲν ἰδιώτῃ εὐθὺς τεκμήριόν ἐστιν, ὅταν ὁ ἐρώμενός

36. *ἀνιᾶν*] Quae me caussae impulerint, ut hoc verbum aeque ac *νικᾶν*, *πειρᾶν*, *ζῆν*, *δαπανᾶν* et alia huiuscemodi sine ι subscripto ederem, nemo ignorat, qui Wolfii *Quaest. epistol. de orthograph. quibusd. Graec.* legerit. Vid. Analect. litterar. II, 419. sqq. Buttm. gramm. amplior. Vol. I. p. 507. Tirones sufficiat ablegasse ad eiusd. gramm. min. §. 94. 15.*)

τὸ δὲ — ἥδεσθαι] Cf. Buttmann. §. 127. 6. Matth. §. 539.

38. *Ἐπιστάμεθα γὰρ αὖ τοὺς*] „*Scimus vero etiam* [Nam scimus etiam], ut aliam rei partem tangamus. Nam *αὖ* saepe est, quod nos dicimus: *auf einer andern Seite die Sache betrachtet.* Sed monendum, hanc lectionem fluxisse ex ingenio Stephani. Vulgatum est *αὐτοὺς*, quod nemo, credo, revocabit.“ Weisk. Stephani coniectura probatur codd. Parr. A. B.; Schaeferus tamen malebat *ἐπιστάμ. γὰρ αὐτοὺς τοὺς* etc.

ἐξεικάζουσιν αὐτοὺς] i. e. *ἐξεικάζουσι τὰς αὐτῶν ὑπουργίας*. Similiter Xenoph. Cyrop. V, 1, 4. *ὁμοίαν ταῖς δούλαις εἶχε τὴν ἐσθῆτα.* ibid. VI, 1, 50. *ὁ Ἀβραδάτας ἐπειρᾶτο συντελεῖν αὐτῷ εἰς τὰ ἑκατὸν ἅρματα ἐκ τοῦ ἱππικοῦ τοῦ ἑαυτοῦ ὅμοια ἐκείνῳ* i. e. *ὅμοια τοῖς Κύρου*, ut ipse dicit VI, 2, 7. Praeivit Homerus Il. I, 163. *οὐ μὲν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ᾽ Ἀχαιοὶ Τρώων ἐκπέρσωσ᾽ εὐναιόμενον πτολίεθρον.* XVII, 51. *αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι, Χαρίτεσσιν ὅμοιαι.* Sequuti sunt cum caeteris Graecis Latini: Cic. de Orat. I, 4, 15. „Ingenia nostrorum hominum multum *caeteris hominibus* [ita legendum] omnium gentium praestiterunt. ib. c. 44. §. 197. „si cum illorum *Lycurgo* et *Dracone* et *Solone* nostras leges conferre volueritis;“ et mox: „hominum nostrorum prudentiam *caeteris hominibus* et maxime *Graecis* antepono.“ Cf. prae caeteris Schaeferus ad Apollon. Rhod. T. II. p. 164., qui totam rem complectitur hac regula: „Scriptores Graeci Latinique in comparationibus sollemni compendio dicendi rem ponunt pro rei attributo, seu comparatur ipsa, sive aliud quid cum ea comparatur.“ Plena simul et compendiaria ratione usus est Plutarchus in Anton. p. 832. ed. Franc. (c. 37.), ubi haec leguntur: *καὶ Μοναίσης ἀνὴρ ἐπιφανὴς καὶ δυνατὸς ἧκε φεύγων πρὸς Ἀντώνιον, τὰς μὲν ἐκείνου τύχας ταῖς Θεμιστοκλέους εἰκάσας, περιουσίαν δὲ τὴν ἑαυτοῦ καὶ μεγαλοφροσύνην τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι παραβαλών.*

τι ὑπουργῇ, ὅτι ὡς φιλῶν χαρίζεται, διὰ τὸ εἰδέναι,
ὅτι οὐδεμιᾶς ἀνάγκης οὔσης ὑπηρετεῖ· τῷ δὲ τυράννῳ
οὔποτ᾽ ἔστι πιστεῦσαι, ὡς φιλεῖται. Ἐπιστάμεθα γὰρ 38
εὖ τοὺς διὰ φόβον ὑπηρετοῦντας, ὡς ᾗ μάλιστ᾽ ἂν
δύνωνται ἐξεικάζουσιν αὑτοὺς ταῖς τῶν φιλούντων
ὑπουργίαις. Καὶ τοίνυν αἱ ἐπιβουλαὶ ἐξ οὐδένων
πλέονες τοῖς τυράννοις εἰσὶν ἢ ἀπὸ τῶν μάλιστα φι-
λεῖν αὐτοὺς προσποιησαμένων.

CAPVT II.

Illas voluptates, quae ab sensibus proficiscantur, Simonides exiguas esse dicit et maiores res commemorat, quarum fructu tyranni videantur beatiores. Sed Hiero monet, haec esse bona externa, quae admiretur imperita multitudo, ignorans illa, quae in animis regum abdita lateant; et contra docere instituit, tyrannidem splendidam miseriam esse, quae plurima mala experiatur maximisque bonis careat (1—6.). *Foris enim et domi tyrannos obsessos esse ab hostibus et insidiatoribus* (7. 8.): *ac bellorum quae sint incommoda, cum liberis civitatibus communia habere; sed quum non solum contra hostes, verum etiam adversus suos ipsorum cives bellare cogantur, tantum abesse, ut pariter ac cives belli feliciter finiti gloria atque commodis fruantur, ut vel occisis adversariis maximopere sibi timeant* (9. seqq.).

1 Πρὸς ταῦτα δὲ εἶπεν ὁ Σιμωνίδης· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πάνυ ἔμοιγε μικρὰ δοκεῖ εἶναι, ἃ σὺ λέγεις. Πολλοὺς γάρ, ἔφη, ἔγωγε ὁρῶ τῶν δοκούντων ἀνδρῶν εἶναι ἑκόντας μειονεκτοῦντας καὶ σίτων καὶ ποτῶν καὶ ὄ-
2 ψων καὶ ἀφροδισίων γε ἀπεχομένους. Ἀλλ' ἐν ἐκείνοις γε πολὺ διαφέρετε τῶν ἰδιωτῶν, ὅτι μεγάλα μὲν ἐπινοεῖτε, ταχὺ δὲ κατεργάζεσθε· πλεῖστα δὲ τὰ περισσὰ ἔχετε· κέκτησθε δὲ διαφέροντας μὲν ἀρετῇ ἵππους, διαφέροντα δὲ κάλλει ὅπλα, ὑπερέχοντα δὲ κόσμον γυναιξί, μεγαλοπρεπεστάτας δ' οἰκίας, καὶ ταύτας κατεσκευασμένας τοῖς πλείστου ἀξίοις· ἔτι δὲ

1. τῶν δοκούντων ἀνδρῶν εἶναι] „Weiskio videtur εἶναι abundare et δοκούντων esse *conspicuorum*, *illustrium*. Non meminerat verborum cap. VII. §. 3. ἄνδρες δὲ καὶ οὐκέτι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι.“ Schneider. De constructione cf. quae notata sunt supra ad I, 9. Caeterum ad hoc genus virorum probatae virtutis, qui h. l. commemorantur, referendus est Socrates, de quo vid. Xen. Mem. I, 2, 1. 3, 5. 6, 1. seqq.

2. πλήθει καὶ ἐπιστήμαις θερ. ἀρίστους] Non intelligo, cur hic locus scrupulum iniicere interpretibus potuerit. Sensus est: *Habetis servos multitudine et peritia praestantissimos* i. e. *plurimos et peritissimos*. Varius est scriptor in verbis *praestantiae* notionem exprimentibus, et quod antea dixit participiis διαφέροντας, ὑπερέχοντα, idem nunc significat adiectivo ἀρίστους.

3. δοξάζειν ὁρῶν] „Patet accusativum cum inf. εὐδαίμονας εἶναι posci a δοξάζειν, non ab ὁρῶν. Itaque ὁρῶν verti potest *ex adspectu*.“ Weisk. Vulgus igitur de hominum vel felicitate vel infelicitate opinionem concipit ex rebus sub oculos cadentibus. Si verba καὶ εὐδαίμονας etc. ab ὁρῶν penderent, scribendum fuisset: καὶ εὐδαίμονάς τινας ὄντας καὶ ἀθλίους. Sed haec cuique nota sunt.

4. ἀνεπτυγμένα θεᾶσθαι, φανερὰ] Ernestius φανερὰ pro glossemate verbi ἀνεπτυγμένα habebat, eumque sequuti sunt Zeunius et Weiskius. Schneidero cum Stephano placebat καὶ φανερά. Sed nihil horum opus est. Verba ἀνεπτ. θεᾶσθ. continent caussam, cur illae res omnibus spectandae proponantur.

ἔνθα περ] i. e. ἐν αἷς περ, quam explicationem Stobaei editt. exhibent. Sed hic usus adverbii etiam apud Latinos frequentissimus est. Sallust. Cat. c. 5. „Huic ab adolescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere, *ibique* (in his flagitiis) iuventutem suam exercuit.“ Cf. Brem. ad C. Nep. Agesil. VIII, 2.

καὶ τὸ κακοδαιμονεῖν] Margg. Villoison. Steph. Leoncl. καὶ

πλήθει καὶ ἐπιστήμαις θεράποντας ἀρίστους κέκτη-
σθε· ἱκανώτατοι δ' ἐστὲ κακῶσαι μὲν ἐχθρούς, ὀνῆ-
σαι δὲ φίλους. Πρὸς ταῦτα δὲ ὁ Ἱέρων εἶπεν· Ἀλλὰ 3
τὸ μὲν πλῆθος τῶν ἀνθρώπων ὦ Σιμωνίδη ἐξαπατᾶ-
σθαι ὑπὸ τῆς τυραννίδος οὐδέν τι θαυμάζω· μάλα
γὰρ ὁ ὄχλος μοι δοκεῖ δοξάζειν ὁρῶν καὶ εὐδαίμονάς
τινας εἶναι καὶ ἀθλίους. Ἡ δὲ τυραννὶς τὰ μὲν δο- 4
κοῦντα πολλοῦ ἄξια κτήματα εἶναι, ἀνεπτυγμένα θε-
ᾶσθαι, φανερὰ πᾶσι παρέχεται· τὰ δὲ χαλεπὰ ἐν ταῖς
ψυχαῖς τῶν τυράννων κέκτηται ἀποκεκρυμμένα, ἔν-
θα περ καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν [καὶ τὸ κακοδαιμονεῖν]
τοῖς ἀνθρώποις ἀπόκειται. Τὸ μὲν οὖν τὸ πλῆθος 5

τὸ κακοδαιμονᾶν, quod plane absonum foret. Nam *κακοδαιμονᾶν* est *furere* ac proprie dicitur de iis, qui magnitudine malorum, quibus premuntur, ab sana mente deducuntur et unum ex altero sibi malum arcessunt. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 79. seqq. Ego vero ut dicam, quid sentiam, illa ipsa verba *καὶ τὸ κακοδαιμονεῖν* plane supervacanea puto. Quae enim his verbis exprimitur sententia, ea iam antecedentibus satis perspicue significata est. Alia ratio est reliquorum *ἔνθα περ καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν τοῖς ἀνθρώποις ἀπόκειται*, quae Hiero putandus est eo consilio adiecisse, ut magis refutaret vulgarem hominum opinionem, in externis rebus felicitatem tyranni ponentium. Sed haec tibi refutatio valde langueret, si quae vulgo adduntur agnosceres. Atque idem sensisse Xenophon videtur, quum in optimo libro Par. B., quocum facit Reuchlinus, ne tenuissima quidem huius additamenti vestigia appareant.

5. *Τὸ μὲν οὖν τὸ πλῆθος*] Repetit nunc Hiero, quae §. 3. dixerat. Sed de grammaticis huius loci rationibus variae exstant virorum doctorum sententiae; ae fuerunt etiam, qui corruptum esse locum contenderent, negantes illi graece dici posse *περὶ τούτου λέληθε τὸ πλῆθος*. Verum quidem est, Graecos plerumque dixisse *λέληθέ με τοῦτο*, sed nequaquam tamen dubito, quin Xenophon dicere potuerit *λέληθέ με περὶ τούτου*. Nam incredibile memoratu est, quam saepe *περί* praepositio usurpetur, ubi ex vulgari ratione aliud quid exspectaveris. Sic *ἐπιστήμων* adiectivum construitur cum genitivo eius rei, cuius quis peritus dicitur; non minus tamen probatur, quod legimus apud Platon. Protag. p. 312. E. *τί δὴ ἐστι τοῦτο, περὶ οὗ αὐτός τε ἐπιστήμων ἐστὶν ὁ σοφιστὴς καὶ τὸν μαθητὴν ποιεῖ*; Min. p. 316. B. *Οὐκοῦν ἰατροὺς καλεῖς τοὺς ἐπιστήμονας περὶ τούτων*; — Ac videtur Xenophon pro simplicitate sua a vulgari via deflexisse, ut vitaret concursum accusativorum, ambigui quid inferentium: *τὸ μὲν οὖν τὸ*

περὶ τούτου λεληθέναι, ὥςπερ εἶπον, οὐ θαυμάζω· τὸ
δὲ καὶ ὑμᾶς ταῦτ' ἀγνοεῖν, οἳ διὰ τῆς γνώμης δοκεῖτε
θεᾶσθαι κάλλιον ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ πλεῖστα τῶν
6 πραγμάτων, τοῦτό μοι δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι. Ἐγὼ
δὲ πεπειραμένος σαφῶς οἶδα ὦ Σιμωνίδη καὶ λέγω σοι,
ὅτι οἱ τύραννοι τῶν μεγίστων ἀγαθῶν ἐλάχιστα μετέ-
χουσι, τῶν δὲ μεγίστων κακῶν πλεῖστα κέκτηνται.
7 Αὐτίκα γὰρ εἰ μὲν εἰρήνη δοκεῖ μέγα ἀγαθὸν τοῖς ἀν-
θρώποις εἶναι, ταύτης ἐλάχιστον τοῖς τυράννοις μέ-
τεστιν· εἰ δὲ πόλεμος μέγα κακὸν, τούτου πλεῖστον
8 μέρος οἱ τύραννοι μετέχουσιν. Εὐθὺς γὰρ τοῖς μὲν

πλῆθος τοῦτο λεληθέναι. certe scribendum erat: τὸ μὲν οὖν τὸ πλῆθος ταῦτα λεληθέναι. Sed vel hoc abstinuit, certis, ut opinor, inductus rationibus. Nam ut apud Latinos aliud est *scire, nescire aliquid*, aliud *scire, nescire de aliqua re* (cf. *scientia, ignoratio rei* et contra *scientia, ignoratio de aliquo*): ita de hac Xenophontis dictione nescio an simile quid statuendum sit. Denique sic etiam defensitari haec loquutio atque explicari potest, ut qui ea utatur οὐκ ἐπίστασθαι, ἀγνοεῖν vel simile verbum in mente habere existimetur. Caeterum quae statim subiiciuntur verba ὥςπερ εἶπον, ea non tam ad praecedentia quam ad sequentia οὐ θαυμάζω referenda esse crediderim. Dixerat antea τὸ μὲν πλῆθος ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τῆς τυραννίδος οὐδέν τι θαυμάζω, et cur hoc sibi minus mirandum videretur, explicuerat; et hoc ipso quo nunc versamur loco mox haec adiiciuntur: τοῦτό μοι δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι.

γνώμης — ὀφθαλμῶν] Nam philosophi est, *a consuetudine oculorum aciem mentis abducere.*

7. τούτου πλεῖστον μέρος] Tritum est apud optimos scriptores μέρος τί τινος μετέχειν. Vid. Matth. §. 324. Heindorf. ad Plat. Sophist. p. 235. A. Similiterque ταύτης ἐλάχιστον μέρος μέτεστι τοῖς τυράννοις supra legitur apud Stobaeum, cuius editt. etiam infra III, 11. hoc additamento (μέρος) vulgatam lectionem explicant.

8. πόλεμον πολεμῇ] De hoc genere dicendi Graecis usitatissimo vid. Buttmann. §. 118. 2. Matth. §. 407. Eodem modo Latini dicunt: *pugnam (proelium) pugnare, vitam (iucundam) vivere, gaudere gaudium, servitutem servire, somniare somnium, vota vovere, promissa promittere, prandium prandere, furere furorem, victoriam vincere* etc. quae tamen noli cum quibusdam explicare per hypallagen: *pugnare per pugnam* etc. Sed hoc usu multo magis delectari Graecos quam Latinos, bene observavit Bremius ad Corn. Nep. Hann. V, 1. Nec vero nostrates a talibus abhorrent dicentes: *einen Traum träumen, einen Gedanken denken* et simil. Quid quod in ipsa Hebraeorum lingua eiusdem coloris formulae reperiuntur? Cf. Ge-

ἰδιώταις, ἂν μὴ ἡ πόλις αὐτῶν κοινὸν πόλεμον πολε-
μῇ, ἔξεστιν ὅποι ἂν βούλωνται πορεύεσθαι, μηδὲν
φοβουμένους μή τις αὐτοὺς ἀποκτείνῃ· οἱ δὲ τύραν-
νοι πάντες πανταχῇ ὡς διὰ πολεμίας πορεύονται. Αὐ-
τοί τε γοῦν ὡπλισμένοι οἴονται ἀνάγκην εἶναι διάγειν
καὶ ἄλλους ὁπλοφόρους ἀεὶ συμπεριάγεσθαι. Ἔπειτα 9
δὲ οἱ μὲν ἰδιῶται ἐὰν καὶ στρατεύωνταί που εἰς πο-
λεμίαν, ἀλλ' οὖν ἐπειδάν γε ἔλθωσιν οἴκαδε, ἀσφά-
λειαν σφίσιν ἡγοῦνται εἶναι· οἱ δὲ τύραννοι ἐπειδὰν
εἰς τὴν ἑαυτῶν πόλιν ἀφίκωνται, τότε ἐν πλείστοις
πολεμίοις ἴσασιν ὄντες. Ἐὰν δὲ δὴ καὶ ἄλλοι στρα- 10

senii Gr. Hebr. §. 107. 3; z. ed. 4.

φοβουμένους] Cave putes ob anteced. *ἰδιώταις* scribendum esse *φοβουμένοις*. Amant Attici et quicumque eos sequuntur cum *ἔξεστι* coniungere sic accusativum participii. Vid. Matth. §. 536. p. 515. Viger. p. 337. Cf. tamen infr. XI, 10.

μὴ — ἀποκτείνῃ] Quid sit *μή* et latinum *ne* post verba timorem significantia, noverint omnes. Cf. Buttmann. §. 135. 4. Sed de natura huius constructionis sic tenendum: Graecis pariter ac Latinis haec verba ita usurpantur, ut quae *finem* indicent i. e. quae eo tendant, ut fiat quid aut non fiat. Hinc cum prohibitiva particula (*μή — ne*) construuntur, si quid *prohiberi* vel *non fieri* cupimus, quod factum iri suspicamur. Contra qui *fieri* quid cupit, quod suspicatur non futurum, particulis *μὴ οὐ — ut* (*ne non*) utitur.

διὰ πολεμίας] intell. *γῆς* vel *χώρας*. Huic opponitur *φιλία*. Simili ellipsi dicit Livius VIII, 34. „Sine commeatu vagi milites in *pacato*, in *hostico* (intell. *agro*, *solo*) errent;" ibid. c. 38. „Castra in *hostico* incuriose ita posita, tamquam procul abesset hostis." Neque absurdum fuerit huc retulisse Sallust. Iug. c. 32. „pars ex *pacatis* (i.e. regionibus; cf. Caesar. Bell. Gall. III, 11.) praedas agebant."

Αὐτοί τε γοῦν ὡπλισμένοι] Sensus est: *necesse putant, se armatos esse*; ita ut propter verba *ἀνάγκην εἶναι* accusativos exspectes. Sed sic exsisteret haec sententia: *necesse putant, alios quosdam armatos esse*. Illos igitur nominativos scito pendere ab *οἴονται*, verbaque *δεῖν*, *ἀνάγκην εἶναι*, *χρῆναι*, *προσήκειν* et similia in constructione saepe delitescere. Eadem structura est in his Platonis (Protag. p. 316. C.): *ταῦτ' οὖν ἤδη σὺ σκόπει, πότερον περὶ αὐτῶν μόνος οἴει δεῖν διαλέγεσθαι πρὸς μόνους ἢ μετ' ἄλλων*. ubi vid. Heindorf. Add. Lobeck. ad Phryn. p. 755.

9. *ἴσασιν ὄντες*] Buttm. §. 131. 4. a. Matth. §. 548. 2). Cf. infra VI, 1. X, 4. XI, 7. Imitatus est hoc genus orationis Virgilius Aen. II, 377. „*sensit medios delapsus* (*ᾔσθετ' ἐμπεσών*) in hostes." Qui in hanc rem praeterea affertur Horatii locus Odd. III, 4, 73.

μετεσχηκέναι καὶ πλείστους ἀπεκτονέναι· χαλεπὸν δὲ εὑρεῖν, ὅπου οὐχὶ καὶ ἐπιψεύδονται, πλέονας φάσκοντες ἀπεκτονέναι ἢ ὅσοι ἂν τῷ ὄντι ἀποθάνωσιν· οὕτω
17 καλόν τι αὐτοῖς δοκεῖ εἶναι τὸ πολὺ νικᾶν. Ὁ δὲ τύραννος ὅταν ὑποπτεύσῃ καὶ αἰσθανόμενος τῷ ὄντι ἀντιπραττομένους τινὰς ἀποκτείνῃ, οἶδεν, ὅτι οὐκ αὔξει ὅλην τὴν πόλιν· ἐπίσταταί τε, ὅτι μειόνων ἄρξει, φαιδρός τε οὐ δύναται εἶναι οὐδὲ μεγαλύνεται ἐπὶ τῷ

ὅσην μὲν ἡδονὴν ἔχουσιν. Latine eodem modo scripseris: *Nam civitates, dici vix potest, quantum voluptatis percipiant.* Sic enim disponere verba solent, quicumque ex Latinis plus quam vulgus sapiunt.

16. τὸ πολὺ νικᾶν] Xenoph. Hipparch. VIII, 11. Τὸ γὰρ πολὺ νικᾶν οὐδενὶ πώποτε μεταμέλειαν παρέσχεν. Cf. Aristoph. Nub. 1338. ed. Reisig. Nihil est igitur quod de hac loquutione dubites.

17. ἀντιπραττομένους] „Exspectabam ἀντιπράττοντας, et haec verbi forma in Xenophonte et Atticis caeteris scriptoribus sollemnis fuit.“ Schneider. Sed „nihil caussae erat, ait Schaeferus ad Apoll. Rhod. Tom. II. p. 60., cur vir egregius haec notaret. Dionys. Halicarn. Ant. Rom. VII. c. 51. ἀντιπράττεσθαι λόγοις τε καὶ ἔργοις. Hesychius: Ἀντιπράττεται. ἀντιμάχεται. ἐναντιοῦται. unde hoc quidem discas, medii usum iam veteribus magistris exquisitiorem ideoque notabilem visum esse.“ Ibid. de verbis Xenophontis ὑποπτεύσῃ καὶ αἰσθανόμενος vir praestantissimus haec adnotavit: „Malim mutatione tam leni, ut paene nullam dixeris: ὑποπτεύσας ἢ καὶ αἰσθανόμενος. Cf. Bast. Comm. Palaeogr. p. 757. sq. 762.“

αὔξει] Sic recte correxerunt vulgatum olim ἄξει, quod volebant hoc esse: *non reget (gubernabit) totam civitatem.* Verum haec sententia deinceps legitur — ὅτι μειόνων ἄρξει. Favent nostrae lectioni codd. Lips. et Par. B. ac dixerat antea ὡς δ' εὐφραίνονται τὴν πόλιν νομίζοντες ηὐξηκέναι, quae verba nunc respicit. Etiam infra XI, 15. Hieronem Simonides ad augendam beandamque civitatem exhortatur his verbis: αὖξε δὲ τὴν πόλιν. Cf. Symp. VIII, 38. Sed ὅλην propterea dictum est, quod tyrannus suae dumtaxat factioni tali caede consulit atque eos tantum ornat, quorum opera adversarios in civitate vicit. Vid. ad h. l. Leonclav. p. 1114.

ἅμα πράττων] „Trucidans, inter trucidandum. Sed qui potuit addere ὡς πεποίηκεν, si facit simul? Vereor igitur, ut locus sanus sit.“ Schneider. Equidem non vereor.

18. τούτου] „Intell. ἕνεκα [addendum censet cum Weiskio Schneiderus]. Sic plene legitur infr. III, 4.“ Zeun. Praeterea Weiskio videbatur legi posse τούτῳ, pro quo alius vir doctus malebat τοῦτο. Sed neque ulla mutatione opus est et optime cohaerent omnia, modo iungas οὐδέν τι μᾶλλον τούτου, quod ex more Graecorum

ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ μειοῖ καθ' ὅσον ἂν δύνηται τὸ γεγενημένον καὶ ἀπολογεῖται ἅμα πράττων, ὡς οὐκ ἄδικα πεποίηκεν. Οὕτως οὐδ' αὐτῷ δοκεῖ καλὰ τὰ ποιούμενα εἶναι. Καὶ ὅταν ἀποθάνωσιν οὓς ἐφοβήθη, 18
οὐδέν τι μᾶλλον τοῦτο θαρρεῖ, ἀλλὰ φυλάττεται ἔτι μᾶλλον ἢ τὸ πρόσθεν. Καὶ πόλεμον μὲν δὴ τοιοῦτον ἔχων διατελεῖ ὁ τύραννος, ὃν ἐγὼ δηλῶ.

dicitur pro ᾗ [illegible] i. e. ἢ τῷ ἔργῳ, quo voc. antea usus fuerat. Vid. Buttmann. §. 119. adnotat. 6. Matth. §. 464. observ. 2. — Dicere volebat: *Er ist dann eben so wenig als darüber, dass er sie tödtete, froher Muthes.*

φυλ. ἔτι μᾶλλον] Nam metuit vim et insidias ulciscentium amicorum et cognatorum. — De seqq. verbis ἔχων διατελεῖ cf. quae dixerat supra §. 11.

CAPVT III.

Verae amicitiae commodis, quae omnium consensu maxima censentur, expositis (1 – 5.) Hiero suscipit efficere, hoc quoque tam praeclaro bono carere reges, quum etiam ab iis, quos vis naturae legumque auctoritas ad amorem amicitiamque impellere debent, gravissimi in tyrannos odii et inimicitiae maxima dentur documenta (6—9.). Fidei quoque, sine qua nulla sit iucunda cum ullo homine consuetudo, illos tam parum cognatis et familiaribus habere posse, ut ipsis metuendum sit ne per cibos potusque venenatos clam tollantur (10. 11.): et quemadmodum caveant civitates ne quid cives detrimenti capiant, ita easdem vel praemia decernere iis, qui tyrannum interfecerint (12-14.).

1 Φιλίας δ' αὖ καταθέασαι ἧς κοινωνοῦσιν οἱ τύραννοι. Πρῶτον μὲν εἰ μέγα ἀγαθὸν ἀνθρώποις ἡ φιλία, τοῦ-
2 το ἐπισκεψώμεθα. Ὃς γὰρ ἂν φιλῆται δήπου ὑπό τινων, ἡδέως μὲν τοῦτον οἱ φιλοῦντες παρόντα ὁρῶσιν, ἡδέως δ' εὖ ποιοῦσιν· καὶ ποθοῦσι δέ, ἄν που ἀπίῃ, ἥδιστα δὲ πάλιν προσιόντα δέχονται· συνήδονται δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς, συνεπικουροῦσι δέ, ἐάν τι
3 σφαλλόμενον ὁρῶσιν. Οὐ μὲν δὴ λέληθεν οὐδὲ τὰς πόλεις, ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθὸν καὶ ἥδιστον ἀνθρώποις ἐστί· μόνους γοῦν τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ τῶν πόλεων νηποινὶ ἀποκτείνειν, δῆλον ὅτι διὰ ταῦτα, ὅτι λυμαντῆρας αὐτοὺς νομίζουσι τῆς τῶν
4 γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶναι. Ἐπεὶ ὅταν

1. Φιλίας — ἧς] In ipso statim principio huius cap. miras turbas fecerunt interpretes. Sed fuit nuperrime qui pro ἧς proponeret ᾗ (*quomodo*). Perbene. Constructio vulgatae haec est: καταθέασαι, ἧς (οἵας) δ' αὖ φιλίας κοινωνοῦσιν οἱ τύραννοι: ex quibus verbis φιλίας, primarium nomen, primo loco, ut par erat, a Xenophonte positum est. Neque enim dicere volebat: φιλίαν δ' αὖ καταθέασαι, ἧς φιλίας κοινωνοῦσιν οἱ τύραννοι. Et sic factum est, ut hae duae partes in unam coniungerentur. Vid. Buttmann. §. 138. III. quicum conferendus est Hermann. ad Viger. p. 892.

μέγα ἀγαθὸν] De amicis, optima et pulcherrima vitae supellectile, vide disputantem Socratem ap. Xenoph. Mem. II, 4, 5. et 6. Symp. VIII, 18.

2. εὖ ποιοῦσιν] Operarum, ut videtur, vitio hoc ποιοῦσιν irrepserat in editt. Weiskii et Schneideri; sed ν ἐφελκυστικόν quum haberet etiam cod. Par. B., delere id nolui. Ex eodem libro sequens quoque καὶ iustis de caussis adscivi.

ἄν που ἀπίῃ] Vid. de his, quae dedimus infr. ad XI, 10.

3. νηποινὶ ἀποκτείνειν] Sic apud Athenienses impune poterat maritus interficere adulterum in ipso adulterio deprehensum. Exstat hac de re luculenta Lysiae oratio pro caede Eratosthenis. Sed adulteros, qui blanditiis persuaderent, cur graviore poena, quam eos, qui per vim mulierem comprimerent, afficiendos esse et morte mulctandos censuerit legislator, Lysias in illa ipsa oratione (p. ed. Steph. 94. extr.) explicat his verbis: ἡγούμενος τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι, τοὺς δὲ πείσαντας οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὥστ' οἰκειοτέρας αὑτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας ἢ τοῖς ἀνδράσιν. Cf. Xenoph. Symp. VIII, 20. Cyrop. III, 1, 39.

4. κατὰ συμφοράν τινα] „per plagium abrepta aut etiam do-

γε ἀφροδισιασθῇ κατὰ συμφοράν τινα γυνὴ, οὐδὲν
ἧττον τούτου ἕνεκεν τιμῶσιν αὐτὰς οἱ ἄνδρες, ἐάν
περ ἡ φιλία δοκῇ αὐταῖς ἀκήρατος διαμένειν. Τοσοῦ- 5
τον δέ τι ἀγαθὸν κρίνω ἔγωγε τὸ φιλεῖσθαι εἶναι,
ὥςτε νομίζω τῷ ὄντι αὐτόματα τἀγαθὰ τῷ φιλουμέ-
νῳ γίγνεσθαι καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώπων.
Καὶ τούτου τοίνυν τοῦ κτήματος τοιούτου ὄντος μει- 6
ονεκτοῦσιν οἱ τύραννοι πάντων μάλιστα. Εἰ δὲ βού-
λει ὦ Σιμωνίδη εἰδέναι, ὅτι ἀληθῆ λέγω, ὧδε ἐπίσκε-
ψαι. Βεβαιόταται μὲν γὰρ δήπου δοκοῦσι φιλίαι εἶ- 7
ναι γονεῦσι πρὸς παῖδας καὶ παισὶ πρὸς γονεῖς καὶ ἀ-
δελφοῖς πρὸς ἀδελφοὺς καὶ γυναιξὶ πρὸς ἄνδρας καὶ
ἑταίροις πρὸς ἑταίρους. Εἰ τοίνυν ἐθέλεις κατανοεῖν, 8
εὑρήσεις μὲν τοὺς ἰδιώτας ὑπὸ τούτων μάλιστα φιλου-

mi per vim compressa." Weisk.

αὐτὰς] Vtitur plurali numero, quantumvis praecesserit singularis (γυνή). Sed amant Graeci sic transire ab singulari ad pluralem (vid. infr. ad V, 4. cf. h. c. §. 11. V, 4. VI, 12.) et vicissim ad singularem a plurali. Accedit quod γυνή nunc magis generaliter dicitur; quam ipsam ob rem etiam articulus a Castalione huic nomini praepositus admitti non poterat. — De seq. dativo αὐταῖς vide notata ad I, 2.

5. τἀγαθὰ] ,,Stobaeus editus et Mstus τ᾽ ἀγαθὰ habet: rectius, puto; idque recepi cum Weiskio, quum articulus vulgo abesset." Schneider.

6. μειονεκτοῦσιν οἱ τύραννοι] ,,Haec enim est tyrannorum vita; in qua nimirum nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia; omnia semper suspecta atque sollicita: nullus locus amicitiae." Cic. de Amic. XV, 52. Cf. Dio Chrysost. Vol. I. p. 217. l. 14. Reisk.

7. γονεῖς] Nolui hanc formam invitis codd. mutare in γονέας, quae terminatio quamvis sit Atticis legitima, Xenophontem tamen aliosque optimae notae scriptores certum est eiusmodi accusativos nonnumquam in εις contraxisse. Ac ne tragici quidem poetae, in melicis certe carminibus, hanc flexionem repudiant. Nihilo secius infra sect. 14. dedimus φονέας. — De liberorum parentumque amore lege Memorab. Socr. II, 2.; de mutua fratrum caritate ibid. c. 3. Cf. Valer. Max. V, 4. et 5.

γυναιξὶ] ,,Exemplo est uxor Tigranis Cyrop. III, 1, 41. et Panthea uxor Abradatae ibid. VII, 3, 13. seqq." Zeun. Cf. Valer. Max. IV, 6.

ἑταίροις] Xenoph. Symp. III, 31. Valer. Max. IV, 7.

8. ἐθέλεις] ,,Stobaeus ἐθέλοις dat: idem deinde rectius εὑρήσ. τοὺς μὲν ἰδιώτας." Schneider. Recte construenti non opus erit tali verborum transpositione. Nec volebat Hiero tam lon-

μένους, τοὺς δὲ τυράννους πολλοὺς μὲν παῖδας ἑαυτῶν ἀπεκτονηκότας, πολλοὺς δ' ὑπὸ παίδων αὐτοὺς ἀπολωλότας, πολλοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἐν τυραννίσιν ἀλληλοφόνους γεγενημένους, πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ γυναικῶν τῶν ἑαυτῶν τυράννους διεφθαρμένους καὶ ὑπὸ
9 ἑταίρων γε τῶν μάλιστα δοκούντων φίλων εἶναι. Οἵτινες οὖν ὑπὸ τῶν φύσει πεφυκότων μάλιστα φιλεῖν καὶ νόμῳ συνηναγκασμένων οὕτω μισοῦνται, πῶς ὑπ' ἄλλου γέ τινος οἴεσθαι χρὴ αὐτοὺς φιλεῖσθαι;

gus esse, ut diceret: εὑρήσεις μὲν — φιλουμένους, εὑρήσεις δὲ τῶν τυράννων πολλοὺς μὲν etc.

ἀπεκτονηκότας] Rariorem hanc formam (cf. Buttm. §. 101. p. 572. Matth. §. 189. observ. 5.) servari iussit etiam cod. Lips. cum utroque Par.

ἀδελφοὺς] „Exemplo sunt Eteocles et Polynices." Zeun.

ὑπὸ γυναικῶν] „Sic opera uxoris periit Candaules Lydorum rex. Vid. Herodot. I, 11." Zeun. Interfecit eum Gyges, quem ipse magni faciebat. Pari modo Alexandrum, qui apud Pheraeos in Thessalia tyrannidem occuparat, uxor sua, cui Thebe nomen fuit, adiuvantibus fratribus noctu occidit. Vid. Xen. Hellen. VI, 4, 35. sq. De Clytaemnestra satis omnia nota sunt.

9. μάλ. φιλεῖν] „Vulgo edunt φιλεῖσθαι, fictum temere ex seqq., sed repugnante sensu. Verum servavit Ms. Stob. et legit Aretinus, qui interpretatur: *quos ipsa natura ad amandum compellit et lex cogit*. Nam οἵτινες sunt *tyranni* et οἱ φύσει πεφυκότες μάλιστα φιλεῖν *liberi, fratres, uxores*." Zeun. „Post συνηναγκασμένων repete idem φιλεῖν." Schneider. Cum his compara mihi haec verba: Τοὺς μὲν οὖν ἔχοντας παῖδας ἢ γυναῖκας συναρμοζούσας ἢ παιδικὰ ἔγνω φύσει συνηναγκάσθαι ταῦτα μάλιστα φιλεῖν. Cyrop. VII, 5, 60. Verumtamen si φιλεῖσθαι etiam media significatione apud Graecos usitatum esset, de mutuo amore intelligendum h. l. dicerem. Tum vero οἱ φύσει πεφυκότες καὶ νόμῳ συνηναγκασμένοι φιλεῖσθαι propter opposita verba ἄλλου γέ τινος nulli alii esse possent quam *familiares*; ac videretur Hiero hoc voluisse: *Num credibile est ab alio quopiam amari eum, qui tam invisus est* suis, *quos ipsa tamen natura et lex iubet mutuo se amore amplexari* et quorum ob id ipsum benevolentiam et amorem iure quodam suo sperare potest? — Restat, ut de grammatica infinitivi φιλεῖν ratione conferri iubeam Buttmannum §. 127. 2. Matth. §. 535. Sed de dictione φύσει πεφυκέναι iuvat adscribere locum Cyrop. V, 1, 24. βασιλεὺς μὲν γὰρ ἔμοιγε δοκεῖς σὺ φύσει πεφυκέναι οὐδὲν ἧττον ἢ ὁ ἐν τῷ σμήνει φυόμενος τῶν μελιττῶν ἡγεμών. Eodemque modo dicitur etiam φεύγων φυγῇ (Plat. Symp. p. 195. B.), παιδιᾷ πεπαῖσθαι (Plat. Phaedr. p. 265. D.). Alia quaedam eiusdem generis vid. ap. Heindorf. adnot.

Ἀλλὰ μὴν καὶ πίστεως ὅςτις ἐλάχιστον μετέχει, πῶς 10
οὐχὶ μεγάλου ἀγαθοῦ μειονεκτεῖ; Ποία μὲν γὰρ ξυν-
ουσία ἡδεῖα ἄνευ πίστεως τῆς πρὸς ἀλλήλους; ποία
δ' ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ τερπνὴ ἄνευ πίστεως ὁμιλία;
ποῖος δὲ θεράπων ἡδὺς ἀπιστούμενος; Καὶ τούτου 11
τοίνυν τοῦ πιστῶς πρός τινας ἔχειν ἐλάχιστον μέτεστι
τυράννῳ· ὁπότε γε οὔτε σιτίοις οὔτε ποτοῖς τοῖς κρα-
τίστοις πιστεύων διάγει, ἀλλὰ καὶ τούτων πρὶν ἀπάρ-
χεσθαι τοῖς θεοῖς τοὺς διακόνους πρῶτον κελεύουσιν

ad Plat. Sophist. §. 35. (p. HSt. 251. B.). Tali iteratione significatio verbi intenditur.

11. *σιτίοις*] Hanc formam exhibui praeeuntibus codd. Parr. Lips. edd. Reuchl. Ald. all.; cf. tamen supra I, 4. II, 1. Vid. Heindorf. ad Plat. Phaed. §. 23. (p. HSt. 64. D.) et infr. VII, 3.

τοῖς κρατίστοις] De his ita disputat Schneiderus: „Mihi additum *κρατίστοις* (articulum bene addidit Weiske) difficultatem habere videtur. Num tyrannorum cibus optimus minus periculi habere debebat? an si eorum cibus omnium optimus, certe pretiosissimus est, ideo id in significatione periculi addi debebat? Athenaeus igitur [Deipnosoph. IV, 71. Schweigh.] vocabulum non sine caussa omisisse videtur." At mihi contra ea videtur. Respicit Hiero opinionem vulgi de pretiosis illis suavibusque cibis, tyranno apponi solitis, et hic est sensus: Quantumvis tyranno pretiosissimi cibi apponantur, iis tamen quum aliis de caussis tum propterea delectari non potest, quod veretur ne ob id ipsum, quod sint pretiosissimi et quam maxime etiam ab ipso appetantur, malis venenis infecti praebeantur. Quo magis igitur illi cibi tyranno blandiuntur, eo maior eius debet esse diffidentia. Quae quum ita sint, nihil caussae est cur illa verba sollicites. Nam debebat eiusmodi quid commemorari, quo intelligeretur, quam misera esset tyranni conditio. Vilioribus enim cibis quivis facile caret, si quid noxii immixtum suspicetur, nec magnopere dolet, quod iis abstinendum est. Sed illud dolorem excitat, si de talibus etiam diffidere cibis cogare, qui maximo sui desiderio te afficiant.

ἀντὶ τοῦ ἀπάρχ.] Non solum in sacrificiis verum etiam in epulis privatis usitatas fuisse libationes, nemo ignorat; et vide Schneider. ad Cyrop. VII, i, 1. Haec ipsa tamen verba *πρὶν ἀπάρχ. τοῖς θεοῖς*, quae cum seq. *πρῶτον* non agnoscit Stobaeus, satis incommoda sunt, quum vix possit ulla caussa reperiri, cur tyranni *prius quam Diis libent*, praegustari illos cibos iubeant. Possis quidem dicere, ea re maiorem illorum sollicitudinem significari, ita ut quid deceat prae timore illo oblivisci putentur; sed vel ita vereor ut multum proficias. Quamobrem mihi quidem persuasum est, cum Athenaeo scribendum esse *ἀντὶ τοῦ ἀπάρχ. θεοῖς*.

ἀπογεύσασθαι] Ante Weis-

ἀπογεύσασθαι, διὰ τὸ ἀπιστεῖν μὴ καὶ ἐν τούτοις κα-
12 κόν τι φάγωσιν ἢ πίωσιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ αἱ πατρίδες
τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις πλείστου ἄξιαι. Οἱ πολῖ-
ται γὰρ δορυφοροῦσι μὲν ἀλλήλους ἄνευ μισθοῦ ἐπὶ
τοὺς δούλους, δορυφοροῦσι δ' ἐπὶ τοὺς κακούργους,
ὑπὲρ τοῦ μηδένα τῶν πολιτῶν βιαίῳ θανάτῳ ἀποθνή-
13 σκειν. Οὕτω δὲ πόῤῥω προεληλύθασι φυλακῆς, ὥςτε
πεποίηνται πολλοὶ νόμον, τῷ μιαιφόνῳ μηδὲ τὸν συν-

kium edebatur ἀπογεύεσθαι. Minus bene.

12. *Οἱ πολῖται γὰρ*] Innumeris locis particula *γάρ* aliaeque post plura vocabula positae reperiuntur; cuius positionis variae esse caussae possunt, quas attentus lector in quovis loco facile reperiet. Exempla congessit diligentia Schaeferi in Melett. Critt. p. 76. Maxime tamen singulare est hoc Philemonis ap. Stobaeum Florilegio Grotii Tit. LXXXXVIII. p. 405.: *ἐμοὶ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔστιν· οὐκ ἐς ἡμέραν Χειμάζομαι μίαν γάρ* —. De Latino *nam* cf. Heindorfius ad Horat. Satir. II, 6, 78.

ὑπὲρ τοῦ — ἀποθνήσκ.] Buttmann. §. 127. 5. Matth. §. 529. sq. Cf. sect. 11. IV, 6. VI, 2.

13. Plato de Rep. lib. IX. p. 578. D.: *οἶσθα οὖν ὅτι οὗτοι* (homines privati) *ἀδεῶς ἔχουσι καὶ οὐ φοβοῦνται τοὺς οἰκέτας; Τί γὰρ ἂν φοβοῖντο; Οὐδέν, εἶπον· ἀλλὰ τὸ αἴτιον ἐννοεῖς; Ναί, ὅτι γε πᾶσα ἡ πόλις ἑνὶ ἑκάστῳ βοηθεῖ τῶν ἰδιωτῶν.*

14. [*αἱ πόλεις*] *αὐτοῖς*] „Miror editores hunc verborum ordinem probasse: *ἀντὶ γὰρ τοῦ τιμωρεῖν αἱ πόλεις αὐτοῖς μεγάλ.* etc. Certe in priore parte *τὰς πόλεις* esse debebat pro *αἱ πόλεις*. Quod quum sentiret Brodaeus (quod quisque interpres sentire debet), castigari volebat *αἱ πόλ. αὖθις μεγάλ.* Equidem traiectione pristinum et verum ordinem restituisse mihi videor: *ἀντὶ γὰρ τοῦ τιμωρ. αὐτοῖς, αἱ πόλ. μεγ.* etc.“ Ita Weiskius, quocum faciunt Schneiderus et Schaeferus. Mihi verba *αἱ πόλεις* supposita videntur ab interprete, qui non perspiceret, ad v. *τιμῶσι* satis commode *αἱ πατρίδες* ex superioribus intelligi posse. Probat hanc sententiam gravis auctor Hermannus.

ἐκ τῶν ἱερῶν] Cf. Demosth. Or. advers. Leptin. §. 137. et quae ibi notavit Wolfius.

καὶ εἰκόνας] Tali honore ornati sunt ab Atheniensibus Harmodius et Aristogiton Hipparchi interfectores, eosque non dubium est quin Xenophon quum haec scriberet in animo habuerit. Meruerant illi plurima et amplissima praemia, statuas aeneas, honoratiorem in publicis consessibus locum, victum Prytanei, immunitatem, alia, partim novo exemplo; ex quibus pleraque etiam posteris eorum propria manebant. Vide Cel. Beckium ad Goldsmithii Hist. Graec. Vol. I. p. 67.

τὸ τοιοῦτο] Articulum in libris male omissum restitui ex edit. Reuchl. Sic supra I, 15. erat *τὰ τοιαῦτα*. Cf. infr. V, 2. Vid. Schaefer. Melett. Critt. p.

ὄντα καθαρεύειν. Ὥστε διὰ τὰς πατρίδας ἀσφαλῶς
ἕκαστος βιοτεύει τῶν πολιτῶν. Τοῖς δὲ τυράννοις καὶ 14
τοῦτο ἔμπαλιν ἀνέστραπται. Ἀντὶ γὰρ τοῦ τιμωρεῖν
[αἱ πόλεις] αὐτοῖς μεγάλως τιμῶσι τὸν ἀποκτείναντα τὸν τύραννον· καὶ ἀντί γε τοῦ εἴργειν ἐκ τῶν ἱερῶν, ὥσπερ τοὺς τῶν ἰδιωτῶν φονέας, ἀντὶ τούτου καὶ εἰκόνας ἐν τοῖς ἱεροῖς ἱστᾶσιν αἱ πόλεις τῶν τὸ τοιοῦτό ποιησάντων.

14. Ipse tamen h. l. cum Ms. Stob. τῶν τοῦτο ποιησ. scripsit. Sed Reuchlini lectio vel propterea magis placet, quod librarii, ubi duo articuli deinceps ponuntur, alterum saepissime omittunt. Eodem modo peccatum fuit in praecedd. τὸν ἀποκτείναντα τὸν τύραννον. ubi alterum τὸν primus revocavit Zeunius.

CAPVT IV.

Ostendit Hiero, ne id quidem verum esse, si quis regem, quia plus opum habeat, ideo plus etiam voluptatis iucunditatisque capere putet. Nam etiamsi cives suos divitiis superet, cum maiore tamen molestia et periculo tyrannum acquirere quae concupiscat; et omnino non tam multos pauperes esse in privatis quam in regibus, quibus multae res, maxime vero custodes corporis ingentes sumptus afferant (1—4.): ad quos quum eorum opes vix sufficiant, non posse quin fana spolient civibusque per vim pecunias extorqueant (5. sq.).

1 *Εἰ δὲ σὺ οἴει, ὡς πλείω ἔχων τῶν ἰδιωτῶν κτήματα
ὁ τύραννος διὰ τοῦτο καὶ πλείω ἀπ᾽ αὐτῶν εὐφραίνεται, οὐδὲ τοῦτο οὕτως ἔχει ὦ Σιμωνίδη· ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ ἀθληταὶ οὐχ ὅταν ἰδιωτῶν γένωνται κρείττονες, τοῦτ᾽ αὐτοὺς εὐφραίνει, ἀλλ᾽ ὅταν τῶν ἀνταγωνιστῶν ἥττους, τοῦτ᾽ αὐτοὺς ἀνιᾷ, οὕτω καὶ ὁ τύραννος οὐχ ὅταν τῶν ἰδιωτῶν πλείω φαίνηται ἔχων, τότ᾽ εὐφραίνεται, ἀλλ᾽ ὅταν ἑτέρων τυράννων ἐλάττω ἔχῃ, τούτῳ λυπεῖται. Τούτους γὰρ ἀνταγωνιστὰς ἡγεῖται
2 αὑτῷ τοῦ πλούτου εἶναι. Οὐδέ γε θᾶττόν τι γίγνεταί
τῷ τυράννῳ ἢ τῷ ἰδιώτῃ, ὧν ἐπιθυμεῖ. Ὁ μὲν γὰρ ἰδιώτης οἰκίας ἢ ἀγροῦ ἢ οἰκέτου ἐπιθυμεῖ, ὁ δὲ τύραννος ἢ πόλεων ἢ χώρας πολλῆς ἢ λιμένων ἢ ἀκροπόλεων ἰσχυρῶν, ἅ ἐστι πολὺ χαλεπώτερα καὶ ἐπικινδυνότερα κατεργάσασθαι τῶν ἰδιωτικῶν ἐπιθυμημά-
3 των. Ἀλλὰ μέντοι καὶ πένητας ὄψει οὐχ οὕτως ὀλί-*

1. *οἱ ἀθληταὶ — αὐτοὺς εὐφραίνει*] Proprie sic debebat oratio procedere: *τούτῳ εὐφραίνονται — τούτῳ ἀνιῶνται.* Vide de hoc anacolutho Matth. §. 631. I. 1). coll. §. 310. Buttmann. §. 158. II. 1. et 5. Talia in Latinorum quoque libris reperiuntur. Cicer. Fin. B. et M. II, 33, 107. „Poema, orationem, quum aut scribis aut legis; quum omnium factorum, quum regionum conquiris historiam; *signum, tabula, locus amoenus, ludi, venatio, villa Luculli* (nam si tuam dicerem, latebram haberes; ad corpus diceres pertinere): *sed ea, quae dixi*, ad *corpusne refers?* Cf. Matthiaei dissertat. *De anacoluthis apud Ciceronem* in Wolf. Analect. litterar. III, 19.

2. *θᾶττόν τι*] „Ex Stobaeo recepimus *τι*, quod referimus ad *θᾶττον*, ut supra I, 21. [*ἢ οὖν ὁρᾷς τι τοὺς τυράννους ἥδιον ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν παρασκευὴν ἰόντας;*]. Nam *ὧν* refertur ad ellipsin *ἐκεῖνα.*" Zeun. Stobaei lectionem offert cod. Par. B.

πόλεων] Stobaei editt. dant *πόλεως*, quod ab Hieronis oratione alienum esse nemo non videt. Plura multo et maiora quam homines privati concupiscere solet tyrannus.

3. *καὶ πέν. ὄψει οὐχ οὕτως ὀλίγους etc.*] Sine idonea caussa Bremio delenda videbatur negatio. Sensus hic est: *Arme wirst du nicht sowohl wenige unter Privatleuten, als viele unter den Fürsten finden.* Totum locum Stobaeus constituebat hoc modo: *ἀλλὰ μέντοι καὶ πλουσίους ὄψει οὐχ οὕτως ὀλίγους τῶν ἰδιωτῶν, ὡς πένητας πολλοὺς τῶν τυράννων.* Ita qui-

γους τῶν ἰδιωτῶν, ὡς πολλοὺς τῶν τυράννων. Οὐ γὰρ τῷ ἀριθμῷ οὔτε τὰ πολλὰ κρίνεται οὔτε τὰ ἱκανὰ, ἀλλὰ πρὸς τὰς χρήσεις· ὥςτε τὰ μὲν ὑπερβάλλοντα τὰ ἱκανὰ πολλά ἐστι, τὰ δὲ τῶν ἱκανῶν ἐλλείποντα ὀλίγα. Τῷ οὖν τυράννῳ τὰ πολλαπλάσια ἧσ- 4
σον ἱκανά ἐστιν εἰς τὰ ἀναγκαῖα δαπανήματα ἢ τῷ ἰδιώτῃ. Τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἔξεστι τὰς δαπάνας συντέμνειν εἰς τὰ καθ' ἡμέραν, ὅπῃ βούλονται, τοῖς δὲ τυράννοις οὐκ ἐνδέχεται. Αἱ γὰρ μέγισται αὐτοῖς δαπάναι καὶ ἀναγκαιόταται εἰς τὰς τῆς ψυχῆς φυλακάς εἰσι· τὸ δὲ τούτων συντέμνειν ὄλεθρος δοκεῖ εἶναι. Ἔπειτα δὲ ὅσοι μὲν δύνανται ἔχειν ἀπὸ τοῦ δι- 5
καίου, ὅσων δέονται, τί ἂν τούτους οἰκτείροι τις ὡς πένητας; ὅσοι δ' ἀναγκάζονται δι' ἔνδειαν κακόν τι καὶ αἰσχρὸν μηχανώμενοι ζῆν, πῶς οὐ τούτους ἀθλίους ἂν τις καὶ πένητας δικαίως καλοῖ; Οἱ τύραννοι τοί- 6
νυν ἀναγκάζονται πλεῖστα συλᾶν ἀδίκως καὶ ἱερὰ καὶ

dem liber Parisinus, sed in editt. Tigurina et Trincavelliana haec exstant: ἀλλὰ μὴν καὶ πένητας ὄψει ὀλίγους τῶν ἰδιωτῶν, πολλοὺς δὲ τῶν τυράννων. Discas ex his, quam arbitraria interdum veterum quoque grammaticorum fuerit ratio in explicandis vel laudandis optimorum scriptorum locis.

πρὸς τὰς χρήσεις] „Aristoteles: ὅλως γὰρ τὸ πλουτεῖν ἐστὶν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι.“ Fr. Portus. Apud Stobaeum p. 150. ed. Schowii in Epist. ad Lamprocl., Xenophonti vulgo adscripta, commemoratur Socratis hoc praeceptum: πλοῦτον μετρεῖν χρήσει.

ὥςτε τὰ μὲν ὑπερβάλλ.] „ita fit, ut copia spectetur in eo, quod mediocritatem [id quod satis est] superat, inopia in eo, quod est infra usus mediocritatem.“ Fr. Portus.

4. τὸ δὲ τούτων συντέμνειν] Stobaeus post τούτων additum habet τι. Praeter necessitatem. Vid. Buttm. §. 119. 4. c). p. 485. extr. Matth. §. 321. Schaefer. ad Lamb. Bos. Ell. p. 475. seq.

5. καλοῖ] Adhuc legebatur νομίζοι, cui nos codicum Lips. Par. B. et marg. Villois. scripturam praetulimus. Mem. Socr. I, 1, 16. αὐτὸς δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπείων ἂν (sic bene codd. Parr. G. H.) ἀεὶ διελέγετο σκοπῶν, τί εὐσεβὲς, τί ἀσεβές· τί καλὸν, τί αἰσχρόν· τί δίκαιον, τί ἄδικον· τί σωφροσύνη, τί μανία· τί ἀνδρία [ita scribendum, non ἀνδρεία, quod perperam proposui *Observatt. critt. in quosd. locc. Xenoph. Mem. Socr.* p. 17.], τί δειλία· τί πόλις, τί πολιτικός· τί ἀρχὴ ἀνθρώπων, τί ἀρχικὸς ἀνθρώ-

ἀνθρώπους, διὰ τὸ εἰς τὰς ἀναγκαίας δαπάνας ἀεὶ προςδεῖσθαι χρημάτων. Ὥςπερ γὰρ πολέμου ὄντος ἀεὶ ἀναγκάζονται στράτευμα τρέφειν ἢ ἀπολωλέναι.

πων· καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἃ τοὺς μὲν εἰδότας ἡγεῖτο καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς εἶναι, τοὺς δὲ ἀγνοοῦντας ἀνδραποδώδεις ἂν δικαίως κεκλῆσθαι.

CAPVT V.

Duo maxime commemorantur in hoc cap. vitae regiae incommoda: primum quod necesse habeat tyrannus bonos in civitate viros metuere et tollere, malos autem fovere et evehere (1. 2.); *tum quod, quamvis suae utilitatis caussa patriam amare debeat, cives tamen imbelles reddere iisque externos mercenariosque milites praeferre cogatur; ita ut ne agrorum quidem fertilitate, quae homines erigat magis quam deprimat, una cum civibus laetari possit* (3. 4.).

1 Χαλεπὸν δ' ἐρῶ σοι καὶ ἄλλο πάθημα ὦ Σιμωνίδη τῶν τυράννων. Γιγνώσκουσι μὲν γὰρ οὐδὲν ἧττον

1. Χαλεπὸν δ' ἐρῶ σοι] Marg. Villois. χαλεπὸν δ' αὖ σοι ἐρῶ. Non male.

τοὺς κοσμίους τε] Pro inepto γε Weiskius scripsit τε, quod est etiam in seqq. οἱ ἄδικοί τε καὶ ἀκρατεῖς καὶ ἀνδραποδώδεις. De ipso tamen nomine κοσμίους editores inter se digladiantur. Ac Weiskius quidem haec habet: „κοσμίους: verbum religioso editori valde incommodum. Nam sequens membrum τοὺς μὲν ἀνδρείους etc. necessario videtur pro illo postulare ἀνδρείους. Stobaeus autem dat ἀλκίμους, quod item per se commendabile est [et deinceps §. 3. legitur]. Sed tamen caeterorum librorum consensum hic valere volui. Paragrapho 2. δικαίοις videntur opponi ἄδικοι, σοφοῖς ἀκρατεῖς, κοσμίοις ἀνδραποδώδεις. Tam late autem patet vis adiectivi κόσμιος, ut etiam hominem *fortem, generosi spiritus et libertatis amantem* significare possit." Haec frustra impugnat Schneiderus ex sequente sectione τοὺς ἀνδραποδώδεις assumi posse negans. Neque magis verum est, quod ne σοφοῖς quidem i. e. *doctis ad excogitandum aliquid et solerti-*

τῶν ἰδιωτῶν τοὺς κοσμίους τε καὶ σοφοὺς καὶ δικαίους· Τούτους δ' ἀντὶ τοῦ ἄγασθαι φοβοῦνται· τοὺς μὲν ἀνδρείους, μή τι τολμήσωσι τῆς ἐλευθερίας ἕνεκεν, τοὺς δὲ σοφοὺς, μή τι μηχανήσωνται, τοὺς δὲ δικαίους, μὴ ἐπιθυμήσῃ τὸ πλῆθος ὑπ' αὐτῶν προστατεῖσθαι. Ὅταν δὲ τοὺς τοιούτους διὰ τὸν φόβον ὑπεξαι- 2
ρῶνται, τίνες ἄλλοι αὐτοῖς καταλείπονται χρῆσθαι ἀλλ' ἢ οἱ ἄδικοί τε καὶ ἀκρατεῖς καὶ ἀνδραποδώδεις; οἱ μὲν ἄδικοι πιστευόμενοι, διότι φοβοῦνται ὥςπερ οἱ τύραννοι τὰς πόλεις, μήποτε ἐλεύθεραι γενόμεναι ἐγκρατεῖς αὐτῶν γένωνται, οἱ δ' ἀκρατεῖς τῆς εἰς τὸ παρὸν ἐξουσίας ἕνεκα, οἱ δ' ἀνδραποδώδεις, διότι οὐδ' αὐτοὶ ἀξιοῦσιν ἐλεύθεροι εἶναι. Χαλεπὸν οὖν καὶ τοῦτο τὸ πάθημα ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, τὸ ἄλλους μὲν ἡγεῖσθαι ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἄλλοις δὲ χρῆσθαι ἀναγκάζεσθαι. Ἔτι δὲ φιλόπολιν μὲν ἀνάγκη καὶ τὸν 3

bus recte ἀκρατεῖς opponi autumat. Οἱ κόσμιοι sunt οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοί, quibus οἱ ἀνδραποδώδεις etiam opponuntur in loco Memorabilium supra ad IV, 5. laudato, ubi ipse Schneiderus haec adnotavit: „καλοὺς καὶ ἀγαθούς. Vulgo sic appellabantur viri *potentes* in civitate et publica negotia administrantes." Accedit quod Xenophon in commemoratione eorum, qui dicuntur ἀνδραποδώδεις, haec adiecit: διότι οὐδ' αὐτοὶ ἀξιοῦσιν ἐλεύθεροι εἶναι, quae spectant ad illa priora: μή τι τολμήσωσι τῆς ἐλευθερίας ἕνεκεν.

μή τι τολμήσωσι] Typothetae errore factum puto, ut Weiskiana editio daret τολμήσουσι. Nam omnes libri in coniunctivo consentiunt mirifice; nec perinde est, coniunctivus an futurum ponatur. Coniunctivus praebet hanc sententiam: *metuunt ne quid libertatis caussa contra tyrannum incipere audeant.* Futurum autem ita haec immutaret: *metuunt ne quid ausuri sint.* Cf. Hermann. ad Soph. Electr. 992. Non debebat igitur Schneiderus alienam ab hoc loco scripturam pro vulgato coniunctivo adsciscere. Idem aiunt viri optimi Dindorfius et Stallbaumius, cuius vid. adnotat. ad Plat. Phileb. §. 6. p. 13.

2. ὑπεξαιρῶνται] Sic mutavi vulgatum ὑπεξαίρωνται hortante Schneidero, cui accedit Wyttenbachius Animadv. in Plutarch. Opp. Mor. p. 826. ed. Oxon. (Tom. II. p. 143. Lips.). Cf. Zeun. ad Viger. p. 672. b. Buttm. gramm. §. 101. s. εἵλω p. 358. *).

χρῆσθαι] i. e. quorum opera uti possint. Vid. supr. ad III, 9. — Quid ad seqq. οἱ μὲν ἄδικοι — οἱ δ' ἀκρατεῖς — οἱ δ' ἀνδραποδώδεις supplendum sit, non opus est demonstrare.

τύραννον εἶναι· ἄνευ γὰρ τῆς πόλεως οὔτ' ἂν σώζεσθαι δύναιτο οὔτ' ἂν εὐδαιμονεῖν. Ἡ δὲ τυραννὶς ἀναγκάζει καὶ ταῖς ἑαυτῶν πατρίσιν ἐγκαλεῖν. Οὔτε γὰρ ἀλκίμους οὔτ' εὐόπλους χαίρουσι τοὺς πολίτας παρασκευάζοντες, ἀλλὰ τοὺς ξένους δεινοτέρους τῶν πολιτῶν ποιοῦντες ἥδονται μᾶλλον καὶ τούτοις χρῶν-
4 *ται δορυφόροις. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἂν εὐετηριῶν γενομένων ἀφθονία τῶν ἀγαθῶν γίγνηται, οὐδὲ τότε συγχαίρει ὁ τύραννος. Ἐνδεεστέροις γὰρ οὖσι ταπεινοτέροις αὐτοῖς οἴονται χρῆσθαι.*

3. *οὔτ' ἂν εὐδαιμονεῖν*] „Hoc alterum ἂν ex Iuntina [Reuchlinus et ipse habet] revocavit Zeune, iterum omisit Weiske." Schneider. Mihi cum Schaefero et Schneidero magis placet, quod edidit Zeunius. Nam licet hoc usitatum sit Graecis, ubi oratio ex duobus membris constet, quorum alterum cum altero vel alia ratione coniunctum est vel eius repetitionem quamdam continet, in posteriore omittere ἄν: cave tamen casu id fieri negligentiave credas. Fit enim consulto et quia sic debet. Neque enim ubique, sed ibi tantum haec ratio observatur, quum, quod priore membro dubitantius dicebatur, altero minus dubitanter proferendum est. Hermann. ad Viger. p. 944. sq. Cf. ad VII, 12.

ἐγκαλεῖν] „Quum enim peregrinos adsciscit, civibus ignominiam contrahit, quasi ad eamdem operam inutilibus vel minus aptis." Schneider.

δεινοτέρους] Praestantiorem hanc lectionem suppeditarunt Reuchl. codd. Parr. A. B. Lips. marg. Villois. pro vulgari *δυνατωτέρους*. — De participiis *παρασκευάζοντες* — *ποιοῦντες* vid. notata ad II, 9. Matth. §. 552.

4. *Ἐνδεεστέροις* etc.] Volebat dicere: *ὅσῳ ἐνδεέστεροί εἰσι, τοσούτῳ ταπεινοτέροις* etc. Matth. §. 455. De sententia cf. infr. X, 2. — Pro *οἴονται* H. Stephanus malebat *οἴεται*. Perperam. Vid. animadv. ad III, 4.

CAPVT VI.

Vitam iucundam, quam privatus egerit, Hiero comparat cum miseria, in qua nunc versetur, postquam regno potitus sit. In priore igitur vita se dicit frui potuisse aequalium et amicorum consuetudine, magnamque omnium fuisse festivitatem, quae quidquid hominum vita habeat acerbitatis facile absterserit: nunc vero suavem hanc consortionem prorsus esse

dissolutam, et quos antea amplexatus fuerit, eos pariter atque caeteros sibi esse metuendos (1—6.): *quamobrem, quum tyrannus in perpetuo metu versetur et propter id ipsum fraudetur omni hilaritate, non aliam eius esse conditionem, quam quae sit eorum, qui in bello adversus hostes constiterint; et quamquam concedas hos ipsos excubiis dispositis aliquanto tutiores esse, longe tamen secus statuendum de tyrannis, qui sui corporis custodes, mercede conductos, numquam non suspectos habeant* (7—11.). *Refutat deinde, quod Simonides* (*II*, 2.) *dixerat tyrannos omnium maxime posse iuvare amicos et adversarios profligare* (12. *seqq.*).

Βούλομαι δέ σοι, ἔφη, ὦ Σιμωνίδη κἀκείνας τὰς εὐ- 1
φροσύνας δηλῶσαι, ὅσαις ἐγὼ χρώμενος, ὅτ' ἦν ἰδιώ-
της, νῦν, ἐπειδὴ τύραννος ἐγενόμην, αἰσθάνομαι στερό-
μενος αὐτῶν. Ἐγὼ γὰρ ξυνῆν μὲν ἡλικιώταις ἡδόμενος 2

1. ὅσαις — αὐτῶν] Ex vulgari ratione post relativum ὅσαις oratio sic institui debebat: καὶ ὧν αἰσθάνομαι στερόμενος. Sed saepissime post relativum pronomen sic deflectitur oratio, ut perpetuum prope hunc graecae linguae morem dicere possis. Xen. Cyrop. III, 1, 38. ποῦ δὲ ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀνὴρ, ὃς συνεθήρα ἡμῖν καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις θαυμάζειν αὐτόν. Ibid. VIII, 1, 46. Homer. Il. I, 78. Od. I, 70. sq. ἀντίθεον Πολύφημον, ὅου κράτος ἐστὶ μέγιστον πᾶσιν Κυκλώπεσσι· Θόωσα δέ μιν τέκε Νύμφη. Vid. Matth. §. 469. Buttm. §. 138. II. 4. Neque Latinis hic usus incognitus est. Tacit. Ann. II, 60. „Proximum Nili os dicatum Herculi, *quem* indigenae ortum apud se et antiquissimum perhibent, eosque, qui postea pari virtute fuerint, in cognomentum *eius* adscitos.“ — De participio στερόμενος vid. ad II, 9.

2. συνῆν δὲ ἐμαυτῷ] „*vivebam etiam mihi ipsi.*“ Fr. Portus. Cicero Orat. X, 34. „Ergo ex omnibus terris una Gallia communi non ardet incendio; in qua *fruerie ipse te*, quum in Italiae luce cognosceris versarisque in optimorum civium vel flore vel robore.“

εἴ τι χαλεπὸν] εἴ τι, quod proprie est *si quid*, h. l., ut saepe, ita explicandum, ut pro ὅ τι positum existimes. Vid. tamen Buttmann. §. 156. p. 568. Eadem est Latinorum urbanitas. Cicer. Tusc. Disp. I, 2, 5. „Quo minus igitur honoris erat poetis, eo minora studia fuerunt: nec tamen, *si qui* (i. e. quicumque) magnis inge-

ἡδομένοις ἐμοί, συνῆν δὲ ἐμαυτῷ, ὁπότε ἡσυχίας ἐπιθυμήσαιμι, διῆγον δ' ἐν συμποσίοις πολλάκις μὲν μέχρι τοῦ ἐπιλαθέσθαι πάντων, εἴ τι χαλεπὸν ἐν ἀνθρωπίνῳ βίῳ ἦν, πολλάκις δὲ μέχρι τοῦ ᾠδαῖς τε καὶ θαλίαις καὶ χοροῖς τὴν ψυχὴν συγκαταμιγνύναι, πολλάκις δὲ μέχρι κοινῆς ἐπιθυμίας ἐμῆς τε καὶ τῶν
3 παρόντων. Νῦν δὲ ἀπεστέρημαι μὲν τῶν ἡδομένων ἐμοί, διὰ τὸ δούλους ἀντὶ φίλων ἔχειν τοὺς ἑταίρους, ἀπεστέρημαι δ' αὐτὸς τοῦ ἡδέως ἐκείνοις ὁμιλεῖν, διὰ τὸ μηδεμίαν ἐνορᾶν εὔνοιαν ἐμοὶ παρ' αὐτῶν. Μέ-
4 θην δὲ καὶ ὕπνον ὁμοίως ἐνέδρᾳ φυλάττομαι. Τὸ δὲ φοβεῖσθαι μὲν ὄχλον, φοβεῖσθαι δ' ἐρημίαν, φο-

niis in eo genere exstiterunt, non satis Graecorum gloriae responderunt." Cf. Brem. ad Corn. Nep. Epam. I, 3.

μέχρι κοινῆς ἐπιθυμίας] „Ex sequentibus suspicor olim μέθης vel simile vocabulum h. l. positum fuisse; εὐθυμίας malebat Weiske." Schneider. Quidam opinabantur scribi posse μέχρι κοινῆς ἔπιον μέθης ἐμοῦ τε καὶ τῶν παρόντων. Magis equidem probarem κοίτης (vid. v. c. Cyrop. VII, 5, 59.) pro κοινῆς reponendum. Sed nihil quidquam mutationis opus est, licet deinceps ebrietatis et somni fiat commemoratio. Nam ἐπιθυμία dicitur de *libidine venerea* (*concubitu*), quam honestus scriptor vocabulo honestiore exprimit, sed cuius tamen sensum Graeci bene intelligerent; et inest huic loco gradatio quaedam, cuius necesse est vis tota pereat, si aliud quid vulgatae lectioni substitueris. Notum est enim, illarum rerum, quae nunc tamquam omnium praestantissimae ultimo loco afferuntur, quanta fuerit apud veteres Graecos aestimatio. Iam compara haec Platonis in Phaedon. p. 116. E. HSteph. Ἀλλ' ἄγε δὴ ὦ Κρίτων πειθώμεθα αὐτῷ καὶ ἐνεγκάτω τις τὸ φάρμακον, εἰ τέτριπται· εἰ δὲ μή, τριψάτω ὁ ἄνθρωπος. Καὶ ὁ Κρίτων, Ἀλλ' οἶμαι, ἔφη, ἔγωγε ὦ Σώκρατες ἔτι ἥλιον εἶναι ἐπὶ τοῖς ὄρεσι καὶ οὔπω δεδυκέναι· καὶ ἅμα ἐγὼ οἶδα καὶ ἄλλους πάνυ ὀψὲ πίνοντας, ἐπειδὰν παραγγελθῇ αὐτοῖς, δειπνήσαντάς τε καὶ πιόντας εὖ μάλα καὶ ξυγγενομένους γ' ἐνίους ὧν ἂν τύχωσιν ἐπιθυμοῦντες· ἀλλὰ μηδὲν ἐπείγου, ἔτι γὰρ ἐγχωρεῖ. Suppeditavit mihi hunc locum Schaeferus meus, qui et ipse de iis, quae diximus, Xenophontea intelligit. Sed quod verecundum scriptorem dixi, id verum esse, quum alia exempla demonstrant, tum id, quod exstat cap. I, sect. 4. τὰ δὲ ἀφροδίσια δι' ὧν δὴ πάντες ἐπιστάμεθα. ubi bene Fr. Portus: σεμνὴ περίφρασις τῶν αἰδοίων.

βεῖσθαι δὲ ἀφυλαξίαν, φοβεῖσθαι δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς φυλάσσοντας καὶ μήτ' ἀνόπλους ἐθέλειν ἔχειν περὶ αὐτὸν μηθ' ὡπλισμένους ἡδέως θεᾶσθαι, πῶς οὐκ ἀργαλέον ἐστὶ πρᾶγμα; Ἔτι δὲ ξένοις μὲν μᾶλλον ἢ πο- 5 λίταις πιστεύειν, βαρβάροις δὲ μᾶλλον ἢ Ἕλλησιν, ἐπιθυμεῖν δὲ τοὺς μὲν ἐλευθέρους δούλους ἔχειν, τοὺς δὲ δούλους ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν ἐλευθέρους, οὐ πάντα σοι ταῦτα δοκεῖ ψυχῆς ὑπὸ φόβων καταπεπληγμένης τεκμήρια εἶναι; Ὅ γέ τοι φόβος οὐ μόνον αὐτὸς 6 ἐνὼν ταῖς ψυχαῖς λυπηρός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἡδέων συμπαρακολουθῶν λυμεὼν γίγνεται. Εἰ 7 δὲ καὶ σὺ πολεμικῶν ἔμπειρος εἶ, ὦ Σιμωνίδη, καὶ ἤδη

αὐτὸς τοῦ ἡδέως ἐκείνοις ὁμιλεῖν] Ita bene Schaeferus, eodemque modo hic locus legitur ap. Reuchlin. et Ald., quibus accedit Fr. Portus cum marg. Villoison. In utroque Par. est αὐτοῦ τοῦ ἡδέως κ. τ. λ. Stephanus et Schneider. malebant αὐ τοῦ. Lips. denique lib. αὐτοὺς τοῦ habet. Sed cur tandem reiiciendum putaverint nominativum, equidem non satis perspicio. Credo, quod exspectabant antea oportuisse sic scribi: *Νῦν δὲ ἐκεῖνοι μὲν ἀπεστέρηνταί τοῦ ἥδεσθαι ἐμοί.* Sed hoc arrogantis foret. At Hieronis sententia haec est: *Duplici privatus sum voluptate, primum quod iam neminem ex prioris vitae sodalibus video mea consuetudine delectari, deinde quod eam ipsam ob caussam ipsi mihi nulla nunc esse potest iucunda cum illis consuetudo. Alia vero erat superioris vitae conditio: ξυνῆν ἐγὼ ἡλικιώταις ἡδόμενος ἡδομένοις ἐμοί.*

Μέθην δὲ καὶ ὕπνον] „Nam tunc facile tyrannus opprimi potest et saepe etiam factum est." Zeun.

4. *φυλάσσοντας*] Stobaei edit. dant φύλακας, et deinceps eaedem πῶς οὐ χαλεπόν ἐστι πρᾶγμα. Sed in utroque loco codex Stob. Parisinus veram scripturam exhibet.

5. *μὲν μᾶλλον*] Weiskius: „μᾶλλον particulae μὲν in libris praeponitur: ego postposui [addicente libro Lips.]. Deinde cum Bachio scripsi βαρβάροις δὲ pro βαρβάρ. τε. Rationes sunt in promptu."

ὑπὸ φόβων] Ms. Stob. Par. marg. Villois. codd. Lips. Par. A. B. addunt τε, quod quid sit equidem non assequor. Nisi γε scriptum fuisse dixeris. Haec certe confusio quum alibi tum in hoc libro satis frequens est. Vid. ad V, 1. VII, 3. et sic infra sect. 9. pro ἡμεῖς γε in plerisque libris ἡμεῖς τε legitur; ubi laudo Stephanum, quod γε probat, non laudo, quod ita probat: „oppon. οἱ δὲ τύραννοι." Ita ἡμεῖς μέν scribendum erat.

6. *Ὅ γέ τοι φόβος*] De vi me-

ποτὲ πολεμίᾳ φάλαγγι πλησίον ἀντιτάξω, ἀναμνή-
σθητι, ποῖον μέν τινα σῖτον ᾕρου ἐν ἐκείνῳ τῷ χρό-
8 νῳ, ποῖον δέ τινα ὕπνον ἐκοιμῶ. Οἷα μέντοι σοὶ τότ'
ἦν τὰ λυπηρά, τοιαῦτ' ἐστὶ τὰ τῶν τυράννων καὶ ἔτι
δεινότερα. Οὐ γὰρ ἐξ ἐναντίας μόνον ἀλλὰ καὶ πάν-
9 τοθεν πολεμίους ὁρᾶν νομίζουσιν οἱ τύραννοι. Ταῦτα
δ' ἀκούσας ὁ Σιμωνίδης ὑπολαβὼν εἶπεν· Ὑπέρευ μοι
δοκεῖς ἔνια λέγειν. Ὁ γὰρ πόλεμος φοβερὸν μέν, ἀλλ'
ὅμως, ὦ Ἱέρων, ἡμεῖς γε ὅταν ὦμεν ἐν στρατείᾳ, φύ-
λακας προκαθιστάμενοι θαρραλέως δείπνου τε καὶ
10 ὕπνου λαγχάνομεν. Καὶ ὁ Ἱέρων ἔφη· Ναὶ μὰ Δία
ὦ Σιμωνίδη· αὐτῶν μὲν γὰρ προφυλάττουσιν οἱ νό-
μοι, ὥστε περὶ ἑαυτῶν φοβοῦνται καὶ ὑπὲρ ὑμῶν· οἱ
δὲ τύραννοι μισθοῦ φύλακας ἔχουσιν, ὥσπερ θερι-
11 στάς. Καὶ δεῖ μὲν δήπου τοὺς φύλακας μηδὲν οὕτω
ποιεῖν δύνασθαι, ὡς πιστοὺς εἶναι· πιστὸν δὲ ἕνα
πολὺ χαλεπώτερον εὑρεῖν ἢ πάνυ πολλοὺς ἐργάτας ἂν

tus conferri iubent Cyrop. III, 1, 25. seqq. ubi inter alia dicuntur haec: πάντων τῶν δεινῶν ὁ φόβος μάλιστα καταπλήττει τὰς ψυχάς.

7. ὕπνον ἐκοιμῶ] Vid. ad II, 8.

9. Ὁ γὰρ πόλεμος φοβερὸν] De hac loquendi ratione vid. Buttmann. §. 116. 4. Matth. §. 437. Cf. infr. VII, 12. Ac ne huius quidem usus expertes Latini sunt. Cicer. Off. I, 4, 11. „*Commune* autem animantium omnium est coniunctionis appetitus." Cf. id. Epp. ad Fam. VI, 22, 3. et quis est quin meminerit horum versuum: „*Triste* lupus stabulis, maturis frugibus imbres" (Virg. Bucol. III, 80.). „*Varium* et *mutabile* semper Femina" (Aeneid. IV, 569.).

λαγχάνομεν] Ita cum Par. A. edd. Ald. Reuchl. Iunt. all. scripsimus pro altero τυγχάνομεν. Recte nunc in Cyrop. III, 1, 24. auctoritate codd. Guelf. Parr. A. B. margg. Victor. et Villois. editum est: οὗτοι μὲν οὔτε σίτου οὔθ' ὕπνου δύνανται λαγχάνειν διὰ τὸν φόβον. De constructione vid. Matth. §. 327. Buttmann. §. 119. 2. d). Add. ex ipso Xen. (Anab. III, 1, 11.) hoc exemplum: μικρὸν δὲ ὕπνου λαχὼν εἶδεν ὄναρ.

10. αὐτῶν μὲν γὰρ] Intell. τῶν φυλάκων. Nam leges militares gravi poena afficiunt custodes, qui vel dormientes vel stationem suam relinquentes deprehensi fuerint.

ὥσπερ θεριστάς] „*ut messores, qui ipsi mercenarii sunt et plus danti facile operam suam addicunt.*" Zeun.

12. Ὁ δ' ἐζήλωσας] Hanc dicendi brevitatem sic explicant: *quod vero ad illud attinet, quod* etc. Vid. Matth. §. 478. a).

ποίου βούλει ἔργου, ἄλλως τε καὶ ὁπόταν χρημάτων
μὲν ἕνεκα παρῶσιν οἱ φυλάσσοντες, ἐξῇ δ' αὐτοῖς ἐν
ὀλίγῳ χρόνῳ πολὺ πλείω λαβεῖν ἀποκτείνασι τὸν τύ-
ραννον ἢ ὅσα πολὺν χρόνον φυλάττοντες παρὰ τοῦ
τυράννου λαμβάνουσιν. Ὃ δ' ἐζήλωσας ἡμᾶς, ὡς τοὺς 12
μὲν φίλους μάλιστα εὖ ποιεῖν δυνάμεθα, τοὺς δὲ ἐχ-
θροὺς πάντων μάλιστα χειρούμεθα, οὐδὲ ταῦθ' οὕ-
τως ἔχει. Φίλους μὲν γὰρ πῶς ἂν νομίσαις ποτὲ εὖ 13
ποιεῖν, ὅταν εὖ εἰδῇς, ὅτι ὁ τὰ πλεῖστα λαμβάνων
παρὰ σοῦ ἥδιστ' ἂν ὡς τάχιστα ἐξ ὀφθαλμῶν σου γέ-
νοιτο; ὅ τι γὰρ ἄν τις λάβῃ παρὰ τοῦ τυράννου, οὐ-
δεὶς οὐδὲν αὐτοῦ νομίζει, πρὶν ἂν ἔξω τῆς τούτου ἐπι-
κρατείας γένηται. Ἐχθροὺς δ' αὖ πῶς ἂν φαίης μά- 14
λιστα τοῖς τυράννοις ἐξεῖναι χειροῦσθαι, ὅταν εὖ
εἰδῶσιν, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν εἰσὶ πάντες οἱ τυραννού-
μενοι, τούτους δὲ μήτε κατακτείνειν ἅπαντας μήτε
δεσμεύειν οἷόν τε ᾖ· τίνων γὰρ ἔτι ἄρξει; ἀλλ' εἰ-

Amant autem ita loqui tam Graeci quam Romani. Cicer. Epp. ad Fam. III, 4, 7. „*Quod scribis tibi manendi caussam eam fuisse, ut me convenires, id mihi, ne mentiar, gratum est.*“ ibid. ep. V. §. 7. „*Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurusne me sis in provincia, ea res* sic se habet.“ Sed quod in nostro loco ὃ singularem sequitur pluralis (οὐδὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει), id prorsus de more factum est. Xenoph. Oecon. XV, 4. Ὃ δὲ εἶπας, ὡς δεῖ μαθεῖν τὸν μέλλοντα ὀρθῶς γεωργίας ἐπιμελήσεσθαι καὶ ἃ δεῖ ποιεῖν καὶ ὡς δεῖ καὶ ὁπότε ἕκαστα, ταῦτά μοι δοκοῦμεν, ἔφην ἐγώ, ἀργότερόν πως ἐπιδεδραμηκέναι τῷ λόγῳ. Cf. supra ad III, 4.

13. παρὰ τοῦ τυράννου] Articulum omittunt Reuchl. codd. Lips. Par. A. — De seqq. οὐδεὶς οὐδὲν vid. ad VII, 11.

14. οἷόν τε ᾖ· τίνων γὰρ] „Ita vulgatum οἷόν τε· ἢ τίνων γὰρ (quod in ἢ τίνων γὰρ cum Zeunio mutavit Weiske) correxit H. Stephanus, approbante libro Lipsiensi [Reuchlin.] et ipsa verborum structura. A praecedenti enim ὅταν pendet non solum hoc οἷόν τε ᾖ, sed sequens etiam φυλάττεσθαι δέῃ. Quod ait Zeune frequentem esse usum particularum ἢ γάρ in Cyri disciplina, semper equidem initio orationis positas vidi, et similis est earum usus apud Platonem, de quo Heindorfius meus ad Phaedrum p. 315. [ad Gorg. p. 75.].“ Schneider.

φυλάττεσθαι δέῃ] „Intersertum vulgo τε cum cod. Lips. omisi [ignorat etiam Par. B.].

δότα, ὅτι ἐχθροί εἰσι, τούτους ἅμα μὲν φυλάττεσθαι
15 δέῃ καὶ χρῆσθαι δ' αὐτοῖς ἀναγκάζεσθαι; Εὖ δ' ἴσθι
καὶ τοῦτο ὦ Σιμωνίδη, ὅτι καὶ οὓς τῶν πολιτῶν δεδίασι, χαλεπῶς μὲν αὐτοὺς ζῶντας ὁρῶσι, χαλεπῶς δ' ἀποκτείνουσιν· ὥςπερ γε καὶ ἵππος εἰ ἀγαθὸς μὲν εἴη,* φοβερὸς δὲ μὴ ἀνήκεστόν τι ποιήσῃ, χαλεπῶς μὲν ἄν τις αὐτὸν ἀποκτείναι διὰ τὴν ἀρετὴν, χαλεπῶς δὲ ζῶντι χρῷτο, εὐλαβούμενος μή τι ἀνήκεστον
16 ἐν τοῖς κινδύνοις ἐργάσηται. Καὶ τἄλλα γε κτήματα, ὅσα χαλεπὰ μὲν, χρήσιμα δ' ἐστὶν, ὁμοίως ἅπαντα λυπεῖ μὲν τοὺς κεκτημένους, λυπεῖ δὲ ἀπαλλασσομένους.

Sequens enim καὶ non respondet huic τε, sed antecedenti ἅμα, ut δὲ illi μὲν." Schneider.

15. ὥςπερ γε καὶ ἵππος] Sic Schaeferus dedit ex coniectura, posteaquam ad Gregor. Corinth. p. 877. haec scripserat: „In vulgata scriptura requiro apodosin, cuius in nullo libro ne tenuissima quidem vestigia apparent. Corrigo: ὥςπερ γε καὶ ἵππος κ. τ. λ. Sic Aristophanes Nub. v. 673. ὥςπερ γε καὶ Κλεώνυμον." Cf. supr. I, 24. et sic saepe apud Xenophontem aliosque scriptores hae particulae copulantur. Vid. Heindorf. ad Plat. Phaedon. §. 49. (p. 73. D. HSt.) Bornemann. de gem. Cyrop. recens. Part. I. p. 26. Restat, ut Schaeferi coniecturam confirmari dicam auctoritate Reuchlini. Sic igitur etiam hoc exemplo perspicitur, quam eleganti iudicio Schaeferus noster valeat. Sed si forte de Reuchlini auctoritate dubitaveris, hunc memento iam in prioribus una cum aliis bonae notae libris egregias lectiones suppeditasse. Mihi certe non dubium est, quin hic liber ex pluribus codd. iisque praestantissimis fluxerit. Cf. infr. ad XI, 5. 13. 15.

ποιήσῃ] ποιήσει cod. Lips.; sed idem deinceps ἐργάσηται. Vid. ad V, 1.

CAPUT VII.

Simonides quum honorem certe, qui tam gratus et optatus hominibus videretur cuiusque cupiditas omnium esset humanissima, tyranno tribui dixisset (1—4.): ostendit Hiero, veri et grati honoris

expertes esse reges, quibus non nisi ab invitis, servis et metuentibus honor exprimatur (5—8.); docetque, quid faciant homines vero honore quempiam prosequentes et quis tandem iustum honorem consequi existimandus sit (9. 10.). Tum Simonidi miranti, cur tyrannis, si sit tale tantumque malum, non deponatur, respondet Hiero, istud malum hoc ipso miserrimum esse, quod sine periculo salutisque iactura non possit abiici (11. sqq.).

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα αὐτοῦ ἤκουσεν ὁ Σιμωνίδης, εἶπεν· 1
Ἔοικεν, ἔφη, ὦ Ἱέρων μέγα τι εἶναι ἡ τιμὴ, ἧς ὀρεγόμενοι οἱ ἄνθρωποι πάντα μὲν πόνον ὑποδύονται, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομένουσιν. Καὶ ὑμεῖς, ὡς ἔοικε, 2
τοσαῦτα πράγματα ἐχούσης ὁπόσα λέγεις τῆς τυραννίδος, ὅμως προπετῶς φέρεσθε εἰς αὐτὴν, ὅπως τι-

1. εἶπεν — ἔφη], Vid. animadv. ad I, 7.

ὀρεγόμενοι] Etiam hoc loco inepte usi sunt V. D., ut participium pro verbo finito usurpari demonstrarent. Fuit in his etiam Priscianus, qui Xenophontis verba (Ἐπεὶ — ἄνθρωποι) laudavit Tom. II. p. 198. ed. Krehl., nihil curans, quid deinceps sequeretur. Cf. supr. VI, 1. VIII, 1. Hermann. ad Viger. p. 776. sq.

πάντα μὲν — πάντα δὲ] Sollemnis est usus particularum μέν — δέ, ubi adiectivum πᾶς repetitur. Μέν autem saepe omitti sequente δέ satis notum est. Verba sunt Schaeferi ad Soph. Philoct. v. 633. Vid. Buttmann. ad eiusd. fabulae v. 827. et cf. huius libri cap. XI. §. 12. add. ibid. §§. 5. 10. III, 12. VI, 2. 4. VIII, 7. X, 5. all. Sententia ipsa Xenophonti satis frequens est. Maxime tamen huc pertinet, quod Cyrop. I, 2, 1. de Cyro legitur: Φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος καὶ φιλομαθέστατος καὶ φιλοτιμότατος, ὥστε πάντα μὲν πόνον ἀνατλῆναι, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομεῖναι τοῦ ἐπαινεῖσθαι ἕνεκα.

2. ἐχούσης — τυραννίδος] Buttmann. §. 132. 3. Matth. §. 560. 566. De seqq. πάντες πάντα vid. ad I, 15.

ὑπηρετῶσι] „Coniunctivum in hoc verbo et sequentibus περιβλέπωσι, παραχωρῶσι, γεραίρωσι pro indicativo prima restituit Stephaniana altera, eumque modum expressit interpretatio Aretini.“ Schneider. Eamdem rationem sequuntur plerique eorum, quos adhibere licuit. Ac bene quidem. Nam haec verba primarii τιμᾶσθε explicationem continent et cum hoc arctissime cohaerent.

ὑπανιστῶνται etc.] Cf. infr.

μᾶσθε καὶ ὑπηρετῶσι μὲν ὑμῖν πάντες πάντα τὰ
προςταττόμενα ἀπροφασίστως, περιβλέπωσι δὲ πάν-
τες, ὑπανιστῶνται δ᾽ ἀπὸ τῶν θάκων, ὁδῶν τε πα-
ραχωρῶσι, γεραίρωσι δὲ καὶ λόγοις καὶ ἔργοις πάντες
οἱ παρόντες ἀεὶ ὑμᾶς. Τοιαῦτα γὰρ δὴ ποιοῦσι τοῖς
τυράννοις οἱ ἀρχόμενοι καὶ ἄλλον ὅντινα ἀεὶ τιμῶν-
3 τες τυγχάνουσι. Καὶ γάρ μοι δοκεῖ ὦ Ἱέρων τούτῳ
διαφέρειν ἀνὴρ τῶν ἄλλων ζώων, τῷ τιμῆς ὀρέγε-
σθαι. Ἐπεὶ σιτίοις γε καὶ ποτοῖς καὶ ὕπνοις καὶ ἀ-
φροδισίοις πάντα ὁμοίως ἥδεσθαι ἔοικε τὰ ζῶα· ἡ δὲ
φιλοτιμία οὔτ᾽ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐμφύεται οὔτ᾽ ἐν
ἅπασιν ἀνθρώποις· οἷς δ᾽ ἂν ἐμφυῇ τιμῆς τε καὶ ἐ-
παίνου ἔρως, οὗτοι εἰσὶν ἤδη οἱ πλεῖστον μὲν τῶν
βοσκημάτων διαφέροντες, ἄνδρες δὲ καὶ οὐκ ἔτι ἄν-
4 θρωποι μόνον νομιζόμενοι. Ὥςτε ἐμοὶ μὲν εἰκότως

§. 7. Mem. Socr. II, 3, 16. Cyrop. VIII, 7, 10. de Republ. Lac. XV, 6. Aristoph. Nubb. 993. ed. Reisig. De constructione vid. Matth. §. 352. p. 332.

τοῖς τυράννοις] Non erat quod Schneiderus invitis libris scriberet *τοὺς τυράννους*. Dativum defendunt ea, quae a Zeunio ad Viger. p. 289. et a Matth. §. 415. observ. 1. dicta sunt. Cf. Buttm. §. 120. 2. 3.). 118. 4. *). De iis, quae statim subiiciuntur, bene disputavit Buttmannus §. 138. I. 4. Praeterea pro seq indicativo *τυγχάνουσι* codd. Lips. et Par. A. coniunctivum praebent, ita ut *ὅντινα ἂν ἀεὶ τιμῶντες τυγχάνωσι* scriptum fuisse suspicer.

3. *ἀνὴρ τῶν ἄλλων ζώων*] „Quin *ἄνθρωπος*? si vere dicitur sect. extrem. *ἄνδρες δὲ καὶ οὐκ ἔτι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι*. Deinde a *ζώοις* genere distinguitur *ἄνθρωπος*, non *ἀνήρ*.“ Schneider. Sed bene observavit Bremius, *ἀνήρ* nunc eadem gravitate positum esse, qua fuit II, 1. idque quum iis, quae mox sequuntur *ἡ δὲ φιλοτιμία οὔτ᾽ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐμφύεται οὔτ᾽ ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις*, tum extremis verbis *ἄνδρες δὲ καὶ οὐκ ἔτι* etc. abunde declarari. Sed brevius paullo loquutum esse Xenophontem, quum nihil voluerit aliud quam hoc: „Dadurch unterscheidet sich (wenn auch nicht der Mensch überhaupt, doch) *ein Mann* vor den andern lebendigen Wesen“ etc. Vt Graecorum *ἀνήρ* sic *vir* apud Latinos saepissime usurpatur. „Cura ut *vir* sis“ dicit Lentulus in epist. ad Catilinam ap. Cic. Catil. III, 5, 12. Cf. Sallust. Catil. c. 44. et 40. Cic. Epp. ad Fam. V, 17, 5. „ne hoc quidem praetermittendum esse duxi, te ut hortarer rogaremque, ut et *hominem* te et *virum* esse meminisses.“

δοκεῖτε ταῦτα πάντα ὑπομένειν, ἃ φέρετε ἐν τῇ τυ-
ραννίδι, ἐπείπερ τιμᾶσθε διαφερόντως τῶν ἄλλων
ἀνθρώπων. Καὶ γὰρ οὐδεμία ἀνθρωπίνη ἡδονὴ τοῦ
θείου ἐγγυτέρω δοκεῖ εἶναι ἢ ἡ περὶ τὰς τιμὰς εὐφρο-
σύνη. Πρὸς ταῦτα δὴ εἶπεν ὁ Ἱέρων· Ἀλλ' ὦ Σιμω- 5
νίδη καὶ αἱ τιμαὶ τῶν τυράννων ὅμοιαι ἐμοὶ δοκοῦ-
σιν εἶναι, οἷάπερ ἐγώ σοι τὰ ἀφροδίσια ὄντα αὐτῶν
ἀπέδειξα. Οὔτε γὰρ αἱ μὴ ἐξ ἀντιφιλούντων ὑπουρ- 6
γίαι χάριτες ἡμῖν ἐδόκουν εἶναι οὔτε τὰ ἀφροδίσια
τὰ βίαια ἡδέα ἐφαίνετο. Ὡσαύτως τοίνυν οὐδὲ αἱ ὑ-
πουργίαι αἱ ὑπὸ τῶν φοβουμένων τιμαί εἰσι. Πῶς γὰρ 7
ἂν φαίημεν ἢ τοὺς βίᾳ ἐξανισταμένους θάκων διὰ τὸ
τιμᾶν τοὺς ἀδικοῦντας ἐξανίστασθαι ἢ τοὺς ὁδῶν πα-
ραχωροῦντας τοῖς κρείσσοσι διὰ τὸ τιμᾶν τοὺς ἀδι-
κοῦντας παραχωρεῖν; Καὶ δῶρά γε διδόασιν οἱ πολ- 8

τῷ τιμῆς ὀρέγεσθαι] Matth. §. 541.

Ἐπεὶ σιτίοις γε] Ita vulgatum τε mutavit Schneiderus et confirmat hanc mutationem Reuchlinus. Cf. supra ad VI, 5.

οὔτ' ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις] sed plerumque in maximis animis splendidissimisque ingeniis. Cf. Cicer. de Off. I, 8, 26.

4. *εἰκότως — ὑπομένειν*] Nam ἐπικουφίζει τι ἡ τιμὴ τοὺς πόνους τῷ ἄρχοντι. Cyrop. I, 6, 25.

ἐν τῇ τυραννίδι] Articulum addidi ex edit. Reuchl. codd. Parr. A. B. Lips. Ex iisdem Lipsiensis et Par. A. post φέρετε inserunt ταῦτα, Reuchlinus autem et B. πάντα, quod videtur ex superioribus repeti potuisse. Nisi πάντα eo modo dictum est, ut apud Latinos *quicumque* non raro post *omnis* infertur. Cicer. de Orat. II, 2, 5. „*Omnia*, *quaecumque* in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur.“ Cf. ibid. c. XI. §. 44.

6. *αἱ ὑπὸ τῶν φοβουμένων*] Articulum bene restituit Schaeferus, qaum vulgo abesset. Sed magis etiam probarem, si libri offerrent hunc verborum ordinem: οὐδὲ αἱ ὑπὸ τῶν φοβουμένων ὑπουργίαι τιμαί εἰσι. Sic uno articulo opus foret et iuvaretur oppositionis pondus et gravitas. Nam antea erat αἱ μὴ ἐξ ἀντιφιλούντων ὑπουργίαι. Deinde non dubitavi revocare ὑπὸ, quod ita displicebat Schneidero, ut ex cod. Lips. et marg. Villoison. παρὰ reciperet. Sane usitatius erat παρά vel ἀπό, sed cur altera particula in tali nexu spernenda sit, equidem non video. Similem locum affert Bremius ex Cyropaed. III, 3, 2. οὕτως ἂν νομίζων καὶ τὸν Κῦρον μᾶλλον ἥδεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων τιμῇ (*honore ab omnibus tributo*). Cf. supr. I, 28. ubi

λοὶ τούτοις, οὓς μισοῦσι, καὶ ταῦτα ὅταν μάλιστα φοβῶνται μή τι κακὸν ὑπ' αὐτῶν πάθωσιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἶμαι δουλείας ἔργα εἰκότως ἂν νομίζοιτο· αἱ δὲ τιμαὶ ἔμοιγε δοκοῦσιν ἐκ τῶν ἐναντίων τούτοις
9 γίγνεσθαι. Ὅταν γὰρ ἄνθρωποι ἄνδρα ἡγησάμενοι εὐεργετεῖν ἱκανὸν εἶναι καὶ ἀπολαύειν αὐτοῦ ἀγαθὰ νομίσαντες, ἔπειτα τοῦτον ἀνὰ στόμα τε ἔχωσιν ἐπαινοῦντες, θεῶνταί τ' αὐτὸν ὡς οἰκεῖον ἕκαστος ἀγαθόν, ἑκόντες τε παραχωρῶσι τούτῳ ὁδῶν, καὶ θάκων ὑπανιστῶνται φιλοῦντές τε καὶ μὴ φοβούμενοι, καὶ στεφανῶσι κοινῆς ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας ἕνεκα, καὶ δωρεῖσθαι ἐθέλωσιν, οἱ αὐτοὶ οὗτοι ἔμοιγε δοκοῦσι τιμᾶν τε τοῦτον ἀληθῶς, οἳ ἂν τοιαῦτα ὑπουργήσω-
10 σι, καὶ ὁ τούτων ἀξιούμενος τιμᾶσθαι τῷ ὄντι. Καὶ

in vulgata lectione ego significavi me acquiescere.

9. ἄνθρωποι] Vulgo erat οἱ ἄνθρωποι, sed omitti articulum iusserunt codd. Parr. A. B. Lips. ac iure hoc factum esse docebit accurata huius loci tractatio. Secus est supra I, 22. ubi vid. animadv.

ἔπειτα] „Vsu fere Homerico addita particula connectit membra et concinnitatem cum numero efficit.“ Schneider. Vid. Buttmann. §. 131. observ. 6. Heindorf. ad Plat. Phaedon. §. 71. (p. HSt. 82. C.).

οἱ αὐτοὶ οὗτοι] Recentiores editores οὗτοι omiserunt: casu, ut opinor. Bremius malebat αὐτοὶ οὗτοι (*gerade diese, und zwar diese allein*), deleto articulo. Mihi nihil mutandum videtur: οἱ αὐτοὶ οὗτοι sunt *iidem, quos dixi*, neque illi, qui metuentes tyrannis tribuunt honores. Hinc bene sequitur: οἳ ἂν τοιαῦτα ὑπουργήσωσι. Sed οὗτος pronomen quam saepe in tali coniugatione verborum neglectum fuerit, docebit Schneideri adnotatio ad Xen. Anab. VII, 3, 3.

τιμᾶσθαι] „Scil. δοκεῖ μοι, quod intelligitur ex praeced. ἔμοιγε δοκοῦσι.“ Zeun. Cf. ad VIII, 5.

10. εὖ ἴσθι] Vid. ad I, 23. XI, 15.

11. οὔτε ἄλλος μὲν δὴ οὐδεὶς] De negatione vid. Buttm. §. 135. 6. Matth. §. 609. supr. VI, 13. III, 3. Caeterum verba μὲν δὴ in Par. B. omissa sunt. Sed quum praesertim in interrogatione defendi posse viderentur, nolui quidquam novare. Quidni enim ita licuerit dicere: Wie kommt es denn, dass weder du dich von der Herscherwürde trennest, *noch doch schon* (*noch*) jemals irgend ein Anderer sie freiwillig aufgegeben hat? — Cf. Heindorf. ad Plat. Theaet. §. 49. (p. 161. B. HSt.)

ὅσπερ ἅπαξ κτήσαιτο] Editt. vett. et recent. habent ὅσπερ ἂν ἅπαξ κτήσαιτο cum codd. Par. A. et Lips. (hic tamen ὥσπερ). Sed Par. B. ὅσπερ ἅπαξ κτήσηται omisso

ἔγωγε τὸν μὲν οὕτω τιμώμενον μακαρίζω· αἰσθάνομαι γὰρ αὐτὸν οὐκ ἐπιβουλευόμενον, ἀλλὰ φροντιζόμενον μή τι πάθῃ, καὶ ἀφόβως καὶ ἀνεπιφθόνως καὶ ἀκινδύνως καὶ εὐδαιμόνως τὸν βίον διάγοντα. Ὁ δὲ τύραννος, ὡς ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων κατακεκριμένος δι' ἀδικίαν ἀποθνήσκειν, οὕτως ὦ Σιμωνίδη εὖ ἴσθι καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν διάγει. Ἐπεὶ δὲ 11 ταῦτα πάντα διήκουσεν ὁ Σιμωνίδης, Καὶ πῶς, ἔφη, ὦ Ἱέρων, εἰ οὕτως πονηρόν ἐστι τὸ τυραννεῖν καὶ τοῦτο σὺ ἔγνωκας, οὐκ ἀπαλλάττει οὕτω μεγάλου κακοῦ οὔτε σύ, οὔτε ἄλλος μὲν δὴ οὐδεὶς πώποτε ἑκὼν εἶναι τυραννίδος ἀφεῖτο, ὅςπερ ἅπαξ κτήσαιτο; Ὅτι, 12 ἔφη, ὦ Σιμωνίδη καὶ ταύτῃ ἀθλιώτατόν ἐστιν ἡ τυραννίς. Οὐδὲ γὰρ ἀπαλλαγῆναι δυνατὸν αὐτῆς ἐστι.

ἄν. In margg. Villois. Steph. Leoncl. notata est haec lectio: ὅςπερ ἂν ἅπαξ κτήσηται, quam defendit Bremius hoc sensu: *wer immer einmal in den Besitz derselben gekommen ist.* Hoc enim de re dici quocumque tempore saepiusque repetita et ab his ὅςπερ ἅπαξ ἐκτήσατο sic differre, ut indicativus de re certo quodam tempore et semel facta intelligatur. Sed sic poterat coniunctivus etiam de re ad praesens tempus pertinente explicari: *wer immer einmal in den Besitz derselben kommt.* Nobis tamen propter praeteritum ἀφεῖτο et totam huius loci conformationem longe praestantissimum videbatur, quod proposuit Reisigius *Commentat. de vi et usu ἄν particulae* p. 112. Itaque ἄν resecuimus. Iam conferant tirones Buttmann. §. 126. 8. Matth. §. 527.

12. καὶ ταύτῃ] Addidi καὶ cum Reuchlino et hoc videtur illud esse, quod est in editt. vett. et codd. Lips. Parr. A. B. ἐν ταύτῃ. De seqq. ἀθλιώτατόν ἐστιν ἡ τυραννίς ad VI, 9. egimus.

ἢ δεσμοὺς ἀντιπάσχοι] „Vulgatum ἀντιπαράσχοι, fictum ex sequente ἀντιπαράσχοιτο, nullo modo defendi potest. Nam primum elegans et varietatis studiosus Xen. uno in loco non potuit dicere ἀντιπαράσχοι et ἀντιπαράσχοιτο. Tum sensus efficitur plane ineptus, quia δεσμοὺς ἀντιπαρέχειν h. e. *vincula restituere* [Audias tamen Fr. Portum: „multos in vincula coniicit, quibus nullo modo *satisfacere* potest."] difficile non est. Ergo recepi emendationem Dorvillii ad Chariton. p. 217. [p. 331. ed. Lips.]; praesertim quum idem in suis libris legerit Aretinus, qui reddidit: „*aut tot vincula pati, quot ipsi iniecerunt.*" Zeun. „Quod dedi ex Dorvillii correctione nec ipsum est sanum. Post illud enim initium πῶς γὰρ ἄν τις ποτὲ ἐξαρκέσειε τύραννος ἢ ἐκτίνων sequi debet nunc ἀντιπάσχων, certe ἢ δε-

Πῶς γὰρ ἄν τις ποτὲ ἐξαρκέσειε τύραννος ἢ χρήματα ἐκτίνων ὅσους ἀφείλετο ἢ δεσμοὺς ἀντιπάσχοι ὅσους δὴ ἐδέσμευσεν, ἢ ὅσους κατέκτανε, πῶς ἂν ἱκανὰς
13 ψυχὰς ἀντιπαράσχοιτο ἀποθανουμένας; Ἀλλ' εἴπερ τῳ ἄλλῳ ὦ Σιμωνίδη λυσιτελεῖ ἀπάγξασθαι, ἴσθι, ἔφη, ὅτι τυράννῳ ἔγωγε εὑρίσκω μάλιστα τοῦτο λυσιτελοῦν ποιῆσαι. Μόνῳ γὰρ αὐτῷ οὔτε ἔχειν οὔτε καταθέσθαι τὰ κακὰ λυσιτελεῖ.

σμοὺς. πῶς ἂν ἀντιπάσχοι;" Schneider. Facile quidem ante verbum ἀντιπάσχοι particula ἂν excidere poterat (Cf. Schaefer. Melett. Critt. p. 49.); sed hic tamen ex priore enunciato commode repetitur. Cf. ad V, 3. IX, 8. XI, 12.

κατέκτανε] Cf. V, 2. Prolegg. p. 3. Weiskius intelligi vult adversarios, qui Hieronem sublatum voluerint, eorumque caedem ab Hierone perpetratam sic excusat: „Hos iure suo et publicae salutis caussa Hiero de medio sustulit. Neque vero videtur egisse durius aut ultra necessitatem supplicia persequutus esse, qui Polyzelum fratrem, potentissimum adversarium, non tetigerit, sed honesto nomine imperii militaris ab urbe removere voluerit. Sed ut gravior videatur tyranni miseria, graviter de crudelitatis necessitate loquens inducitur. Similiter de reliquis statuendum est v. c. de extorquendis per vim pecuniis (cap. IV. sect. 6.), quarum exactio multo facilius quam rationibus cap. 10. propositis defenditur. Proprie ergo talia sunt politica neque ad usum ethicum pertinent, a quo facile separantur: sed tamen rectis et bonis morum principiis non repugnant."

ἀποθανουμένας] „Persuasi mihi ἀποθανούμενος scripsisse Xenophontem. Mortuus animam reddit; sed tyrannus pro multorum civium caede reddere totidem animas morte violenta non potest." Schneider. Nihil muto. Nam ad totam sententiam cogitandum est ἀποθανούμενος vel τῷ αὐτὸς ἀποθανεῖν vel tale quid.

13. οὔτε ἔχειν etc.] Similis sententia est ap. Terent. Phorm. III, 2, 1. „Auribus teneo lupum: nam neque quomodo a me amittam invenio, neque uti retineam scio."

CAPVT VIII.

Adhuc visus est Hiero caussam obtinuisse et probasse, regnare malum esse; nunc vero Simonides regis de suis rebus propemodo desperantis animum mitigare tyrannidique reconciliare studet. Iam vero quum id maxime questus esset Hiero, tyrannidem impedire quominus tyrannus a civibus ametur: hoc primum probat Ceus, eum facilius quam privatum virum posse aliorum sibi benevolentiam conciliare: nam et gratiora a tyranno proficisci omnia benevolentiae signa et longe plura ac maiora beneficia praestari posse quam a privato (1—7.). *Hiero contra monet, plura negotia necessario obeunda esse tyranno, quae odium pariant; in iisque gravissimum hoc dicit, quod pecunias exigere, poenas de hominibus improbis capere et mercenarios milites alere debeat.* (8. *sqq.*).

Καὶ ὁ Σιμωνίδης ὑπολαβὼν εἶπεν· Ἀλλὰ τὸ μὲν 1
νῦν ὦ Ἱέρων ἀθύμως ἔχειν σε πρὸς τὴν τυραννίδα
οὐ θαυμάζω, ἐπείπερ ἐπιθυμῶν φιλεῖσθαι ὑπ' ἀν-
θρώπων ἐμποδών σοι τούτου νομίζεις αὐτὴν εἶναι.
Ἐγὼ μέντοι ἔχειν μοι δοκῶ διδάξαι σε, ὡς τὸ ἄρ-
χειν οὐδὲν ἀποκωλύει τοῦ φιλεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ πλε-
ονεκτεῖ γε τῆς ἰδιωτείας. Ἐπισκοποῦντες δὲ αὐτὸ, 2

1. πλεονεκτεῖ] Castalionis haec est atque Reuchlini lectio, quam et ipse cum novissimis editoribus anteposui alteri πλεονεκτεῖν. Non potest enim hic locus comparari cum eiusmodi ratione, qualis est in his: Ὁ δ' Ἀγησίλαος σπεύδων μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐβοήθει· ὄντι δ' αὐτῷ ἐν Ἀμφιπόλει ἀγγέλλει Δερκυλλίδας, ὅτι νικῷέν τε αὖ Λακεδαιμόνιοι, καὶ αὐτῶν μὲν τεθνάναι ὀκτὼ, τῶν δὲ πολεμίων παμπληθεῖς. Xen. Hell. IV, 3, 1.

2. Ἐπισκοποῦντες δὲ αὐτὸ

εἰ οὕτως ἔχει, μήπω ἐκεῖνο σκοπῶμεν, εἰ διὰ τὸ μεῖζον δύνασθαι ὁ ἄρχων καὶ χαρίζεσθαι πλείω δύναιτ' ἄν, ἀλλ' ἂν τὰ ὅμοια ποιῶσιν ὅ τε ἰδιώτης καὶ ὁ τύραννος, ἐννόει, πότερος μείζω ἀπὸ τῶν ἴσων κτᾶται χάριν. Ἄρξομαι δέ σοι ἀπὸ τῶν μικροτάτων
3 παραδειγμάτων. Ἰδὼν γάρ πρῶτον προςειπάτω τινὰ φιλικῶς ὅ τε ἄρχων καὶ ὁ ἰδιώτης. Ἐν τούτῳ τὴν ποτέρου πρόςρησιν μᾶλλον εὐφραίνειν τὸν ἀκούσαντα νομίζεις; Ἴθι δή, ἐπαινεσάντων ἀμφοτέρων τὸν αὐτὸν, τὸν ποτέρου δοκεῖς ἔπαινον ἐξικνεῖσθαι μᾶλλον εἰς εὐφροσύνην; Θύσας δὲ τιμησάτω ἑκάτερος· τὴν παρ' ὁποτέρου τιμὴν μείζονος ἂν
4 χάριτος δοκεῖς τυγχάνειν; Κάμνοντα θεραπευσά-

etc.] i. e. ἐπισκοποῦντες δὲ, εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει. Cf. Buttm. §. 138, I, 6, Id. ad Soph. Philoct. v. 444. Matth. §. 295. Supr. V, 2. Similiter Terentius: „Scin' *me*, in quibus sim gaudiis." Eunuch. V, 8, 5.

μήπω ἐκ. σκοπῶμεν] Vid. Buttm. §. 126. obs. 7. Matth. §. 515. 1.).

κτᾶται] „Editionum vett. lectionem κτᾶσθαι revocavit Weiske, quam cum Castalione, consentiente cod. Lips. [etiam Par. utroque et Reuchl.], in κτᾶται mutarunt recentiores. At ita debebat esse optativus, non indicativus; contra ad κτᾶσθαι repetendum est δύναιτ' ἄν." Haec Schneiderus. Sed variatur structura, ut saepe, novumque verbum (ἐννόει) adiicitur. Iam vero quum ponitur indicativus, de eo, quod vere fit, intelligendus est. Priora autem h. l. dubitantius proponebantur; idque rectissime. Cf. Matth. §. 507. 2.).

Ἄρξομαι δέ σοι] Dativus quomodo sit additus, docebit Buttmannus §. 120. obs. 2. Cf. Matth. §. 388. f. Eodem modo loquuntur Latini aliique. Cic. Epp. ad Fam. IX, 2, 3. „At *tibi* repente paucis post diebus, quum minime exspectarem, venit ad me Caninius." Horat. Epp. I, 3, 15.

3. ἐπαινεσάντων ἀμφοτέρων] Pro genitivo ἀμφοτέρων vir doctus malebat ἀμφότεροι, ita ut ἐπαινεσάντων pro imperativo aoristi acciperetur. Sed quamquam et praecessit imperativus et sequitur deinceps, illa tamen admitti coniectura non debet. De genitivis cf. ad VII, 2.

Θύσας δὲ τιμησάτω] „Sacrificantes solebant amicos suos ad coenam vocare honoris caussa. Vid. Xenoph. Mem. Socr. II, 3, 11. II, 9, 4. Post sacrificium enim semper erat convivium." Bach.

4. ἡμίσειαι — πλέον ἢ ὅλον] Respexisse Xenophontem dicunt ad Hesiodeum: νήπιοι οὐδὲ ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός (Opp. et DD. v. 40.). Quod si verum est, hoc certe concedas necesse est, eum valde mutata sententia ad illud

τωσαν ὁμοίως· οὐκοῦν τοῦτο σαφές, ὅτι αἱ ἀπὸ τῶν
δυνατωτάτων θεραπεῖαι καὶ χαρὰν ἐμποιοῦσι μεγί-
στην; Δότωσαν δὴ τὰ ἴσα· οὐ καὶ ἐν τούτῳ σαφές,
ὅτι αἱ ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων ἡμίσειαι χάριτες πλέον
ἢ ὅλον τὸ παρὰ τοῦ ἰδιώτου δώρημα δύνανται;
Ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ καὶ ἐκ θεῶν τιμή τις καὶ χάρις 5
συμπαρέπεσθαι ἀνδρὶ ἄρχοντι. Μὴ γὰρ ὅτι καλ-
λίονα ποιεῖ ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον καλ-
λίω θεώμεθά τε ὅταν ἄρχῃ ἢ ὅταν ἰδιωτεύῃ, δια-
λεγόμενοί τε ἀγαλλόμεθα τοῖς προτετιμημένοις μᾶλ-
λον ἢ τοῖς ἐκ τοῦ ἴσου ἡμῖν οὖσι. Καὶ μὴν παι- 6
δικά γε, ἐν οἷς δὴ καὶ σὺ μάλιστα κατεμέμψω τὴν
τυραννίδα, ἥκιστα μὲν γῆρας ἄρχοντος δυσχεραί-

alludere. Hesiodus enim loquitur de eo, quantum praestent minores opes iuste partae maioribus iniuste corrasis. Sed de toto hoc loco audiendus est Weiskius: „Accidit hoc, inquit, scriptoribus optimis, ut in bona caussa defendenda, quum incaluerunt, ultra veri limites phantasiae quasi quodam impetu ferantur sententiasque effundant ad subtilitatis normam non severe exigendas. Pauca huius generis exciderunt Xenophonti in hoc libro. *Δότωσαν*, inquit, *τὰ ἴσα· οὐ καὶ . . . δύνανται;* Immo usus docet contrarium. Ratio est in promptu. Repugnat etiam illud verbis, quae legimus I, 13."

5. *Μὴ γὰρ ὅτι — ἀλλὰ*] Vid. Buttm. §. 137. p. 579. Cf. Matth. §. 624. 3). b. — Ad sequens *ποιεῖ* ex praecedente *ἄρχοντι* cogitatione repetas *ἡ ἀρχή* vel *τὸ ἄρχειν*. Cf. supr. ad VII, 9.

καλλίω θεώμεθα] Quum ad verb. *θεώμεθα* vulgo deesset comparativi gradus vocabulum, Castalio primus adiecit *ἥδιον*, idque receperunt recentiores. Aliis tamen *μᾶλλον* addendum, aliis suppleri posse hoc adverb. videbatur. Quod scripsi *καλλίω*, debetur id Reuchlino praebetque optimum sensum et praecedentibus philosophi verbis quam maxime consentaneum: *Re quidem vera tyrannus non est pulchrior privatis, sed eumdem tamen pulchriorem spectamus* [conspicuus est enim cultu et splendore regio] *et ob id ipsum cum maiore cum admiratione et voluptate spectamus*. Ex his simul patet, cur Xenophon noluerit ita dicere: *ἀλλὰ καὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον ὡς καλλίω θεώμεθα*, quae structura legitur supr. VII, 9. Nam *ὡς* illud plane sic dicitur, ut apud Latinos *tamquam*. Homer. Od. VIII, 173. *ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ, θεὸν ὥς, εἰσορόωσιν*. Cf. ibid. VII, 71. Sed in nostro loco qui potuerit *καλλίω* excidere, his litteris eruditos minime fallit.

6. *ἐν οἷς δὴ*] „*quo quidem nomine* etc. Vid. supr. I, 29. sqq." Zeun.

νει, ἥκιστα δ' αἶσχος, πρὸς ὃν ἂν τυγχάνῃ ὁμιλῶν, τούτου ὑπολογίζεται. Αὐτὸ γὰρ τὸ τετιμῆσθαι μάλιστα συνεπικοσμεῖ, ὥστε τὰ μὲν δυσχερῆ ἀφανίζειν,
7 τὰ δὲ καλὰ λαμπρότερα ἀναφαίνειν. Ὁπότε γε μὴν ἐκ τῶν ἴσων ὑπουργημάτων μειζόνων χαρίτων ὑμεῖς τυγχάνετε, πῶς οὐκ, ἐπειδάν γε ὑμεῖς πολλαπλάσια μὲν διαπράσσοντες ὠφελεῖν δύνησθε, πολλαπλάσια δὲ δωρεῖσθαι ἔχητε, ὑμᾶς καὶ πολὺ μᾶλλον φιλεῖ-
8 σθαι τῶν ἰδιωτῶν προσήκει; Καὶ ὁ Ἱέρων εὐθὺς ὑπολαβὼν, Ὅτι νὴ Δία, ἔφη, ὦ Σιμωνίδη καὶ ἐξ

ἥκιστα δ' αἶσχος]. Ante Schneiderum vitiose legebatur ἥκιστα δ' ἂν αἶσχος. Hoc enim modo ἄν particulam cum indicativis praesentiam exprimentibus coniungere boni scriptores non solent. Lege frugiferam hac de re disputationem Reisigii *Comment. de vi et usu ἂν partic.* p. 121. sqq. Cf. Buttm. §. 126. 7.

ὁμιλῶν] Ne quem offendat masculinum singularis post neutrum plurale παιδικά illatum, placet adscribere hunc locum: Οὔτε δὴ κρείττω οὔτε ἰσούμενον ἑκὼν ἐραστὴς παιδικὰ ἀνέξεται, ἥττω δὲ καὶ ὑποδεέστερον ἀεὶ ἀπεργάσεται. Plat. Phaedr. p. 239. A. ubi vid. Heindorf. In talibus significationis, non generis vel numeri ratio habetur; idque a grammaticis veteribus vocatur σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. Cf. etiam quae diximus ad II, 15.

τούτου ὑπολογίζεται] „Pro τοῦτο scripsi τούτου. Facile ex litteris ΟΥΤΠΟΛ. prius Υ omitti potuit. Illud τούτου regitur ab αἶσχος: turpitudo eius, quo amatore utitur.“ Weisk.

7. ὠφελεῖν δύνησθε] „Mirum Weiskio antiquum δυνήσεσθε placuisse, damnata vera Stephani coniectura. Idem vitium ἐπειδὰν ἀγνοεῖς revocavit vir doctus in Memor. I, 2, 35. IV, 3, 4. 6. 9. non admonito lectore. In margine Villois. est δύνυσθε [δύνησθε Lips. et Parr. codd.]. „Schneider. Probi scriptores, quales sunt Xenophon, Plato, all. eiusmodi particulas (ὅταν, ὁπόταν, ἐάν, all.) numquam cum indicativo construunt; serioribus peioribusque (v. c. Aesopo) talia vitia condonantur.

8. ἄνθρωποι, ἡμᾶς] Ita haec verba distinguenda esse bene vidit Schneiderus. Vulgaris interpunctio haec erat: ἀπεχθ. οἱ ἀνθρ. ἡμᾶς, πολὺ etc.

9. Πρακτέον μέν γε] „Weiske μὲν γὰρ scribendum censet, deinde μέλλομεν: hoc quidem verissime.“ Schneider. Neutrum credo. Sed de γάρ reponendo multo minus assentiar, quum innumeris locis sic inferatur γέ, ubi γάρ exspectaveris. Supra I, 11. Cyrop. II, 1, 16. 2, 2. 14. IV, 3, 8. 5, 29. Symp. VI, 7. ubi obiter moneo legendum esse Ἄνωθεν μέν γε ὄντες ὠφελοῦσιν. quod proposuit nuper Iacobsius ad Achill. Tat. Tom. II. p. 660. Idem coniecerat ingeniosus adolescens Lu-

ὧν ἀπεχθάνονται οἱ ἄνθρωποι, ἡμᾶς πολὺ πλείω
τῶν ἰδιωτῶν ἀνάγκη ἐστὶ πραγματεύεσθαι. Πρα- 9
κτέον μέν γε χρήματα, εἰ μέλλοιμεν ἕξειν δαπανᾶν
εἰς τὰ δέοντα, ἀναγκαστέον δὲ φυλάσσειν, ὅσα δεῖ-
ται φυλακῆς, κολαστέον δὲ τοὺς ἀδίκους, κωλυτέον
δὲ τοὺς ὑβρίζειν βουλομένους. Καὶ ὅταν γε τάχους
καιρὸς παραστῇ ἢ πεζῇ ἢ κατὰ θάλασσαν ἐξορμᾶ-
σθαι, οὐκ ἐπιτρεπτέον τοῖς ῥᾳδιουργοῦσιν. Ἔτι δὲ 10
μισθοφόρων μὲν ἀνδρὶ τυράννῳ δεῖ· τούτου δὲ βα-
ρύτερον φόρημα οὐδέν ἐστι τοῖς πολίταις. Οὐ γὰρ

dov. Aug. Dindorfius. — Caeterum quae sit natura et vis adiectivorum verbalium, discant tirones a Buttmanno gr. gr. §. 92.

10. φόρημα] Cyrop. III, 1, 25. Ἔτι δὲ φανερώτερον καὶ ἐν τοῖσδε, οἷον φόρημα ὁ φόβος.

τυράννους ἰσοτίμους] Ita optime Reuchlinus cum cod. Par. A. hoc sensu: *non enim tyrannos communes putant, sed* etc. Adhuc legebatur τυράννοις ἰσοτίμους, quae verba dici vix potest quantas molestias et antiquis et novissimis interpretibus fecerint. Quod quum mihi et ipsi accideret, tandem rebus propemodo desperatis consului Hermannum, qui pro summa in me humanitate ad me mox dedit has litteras: „En tibi locum Xenophontis certa, ut opinor, emendatione restitutum. Scribe Οὐ γὰρ τυραννὶς ἰσότιμος [ἰσότιμος cod. Lips.], ἀλλὰ etc. *Non enim tyrannis communis est, sed sese efferendi caussa ali illos putant.* Ἰσότιμος etiam quem Latini *communem* dicunt significat, i. e. qui se non ab aliis segregat, sed erga omnes comem et facilem se praebet, ut si eiusdem cum iis conditionis sit [Vid. Cic. Cat. mai. XVII, 59. ibique Gernhard.]. Nec videtur opus esse, ut propterea haec vox active accipiatur. Aptissime H. Stephanus in Thesauro attulit haec Herodiani verba de Pertinace II, 4, 18. Οὕτω γὰρ μέτριος καὶ ἰσότιμος ἦν, ὡς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἤδη μειράκιον ὄντα, μηδὲ εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν ἀναγαγεῖν, ἀλλ' ἔν τε τῇ πατρῴᾳ μένειν οἰκίᾳ καὶ εἰς τὰ συνήθη προϊόντα διδασκαλεῖα καὶ γυμνάσια, ἰδιωτεύοντα ὁμοίως τοῖς λοιποῖς παιδεύεσθαί τε καὶ πάντα πράττειν, οὐδαμοῦ τῦφον ἢ πομπὴν παρεχόμενον βασιλικήν. Vides ita Xenophonti sensum restitui eum, quo maxime opus est ad demonstrandum illud, quod vult demonstrare Hiero. Nam neque splendor, quem milites mercenarii adderent tyranno, neque corporis custodia recte commemoraretur. Quum enim carere tyranno cives malint, omnino non probabunt milites mercenarios, neque aut splendorem ei conciliare aut tuendo esse volent. Sed eiusmodi potius argumento utendum erat, quod eos nulla non esse conditione βαρὺ φόρημα τοῖς πολίταις ostenderet. Ea vero sola est

τυράννους ἰσοτίμους, ἀλλὰ πλεονεξίας ἕνεκα νομίζουσι τούτους τρέφεσθαι.

πλεονεξία. Aegre enim ferunt praerogativam, quam sibi arrogat tyrannus, quum se satellitibus stipatum ab reliquis civibus distinguit et segregat." Ita cogitabat Hermannus, priusquam a me acceperat, quid in cod. Par. et ed. Reuchl. scriptum esset; quorum librorum lectione et quae Xenophontis sententia fuerit et quam vere Hermannus de hoc loco iudicaverit, mirifice declaratur.

CAPVT IX.

Quum Simonides negare non posset, multa esse negotia, quae quamvis odium concitent, negligi tamen a tyranno non debeant: hoc suadet Hieroni, ut grata quae sint ipse administret, sed quae facile offendant, ea per alios gerenda curet; praesertim quum etiam in aliis rebus v. c. in certaminibus similis ratio obtineat: in quibus quemadmodum praemia proponat princeps, ita Hieroni in caeterarum quoque rerum procuratione versandum (1—5.)*: praemiis igitur excitari debere hominum studia et aemulationem, ut rem militarem obeant, sint fortes ac iusti, ut pecunias ad publicum usum iusto tempore conferant, agriculturam et mercaturam exerceant aliasque res civitati utiles alacriter et libenter administrent. Ita enim fieri non posse, quin tyrannus de populo suo eiusque moribus optime mereat atque omnium sibi benevolentiam conciliet* (6—10.)*: nec vero esse quod de exhauriendo aerario metuat, quum nihil fructuosius sit quam quod quis emat praemiis* (11.).

Πρὸς ταῦτα δὴ πάλιν εἶπεν ὁ Σιμωνίδης· Ἀλλ᾽ 1
ὅπως μὲν οὐ πάντων τούτων ἐπιμελητέον ὦ Ἱέρων,
οὐ λέγω. Ἐπιμέλειαί γε μέντοι μοι δοκοῦσιν αἳ μὲν
πάνυ πρὸς ἔχθραν ἄγειν, αἱ δὲ πάνυ διὰ χαρίτων
εἶναι. Τὸ μὲν γὰρ διδάσκειν, ἃ ἐστι βέλτιστα, καὶ 2
τὸν κάλλιστα ταῦτα ἐξεργαζόμενον ἐπαινεῖν καὶ τι-
μᾶν, αὕτη μὲν ἡ ἐπιμέλεια διὰ χαρίτων γίγνεται·
τὸ δὲ τὸν ἐνδεῶς τι ποιοῦντα λοιδορεῖν τε καὶ ἀ-
ναγκάζειν καὶ ζημιοῦν καὶ κολάζειν, ταῦτα δὲ ἀ-
νάγκη δι᾽ ἀπεχθείας μᾶλλον γίγνεσθαι. Ἐγὼ οὖν 3
φημὶ, ἀνδρὶ ἄρχοντι τὸ μὲν τὸν ἀνάγκης δεόμενον
ἄλλοις προστακτέον εἶναι κολάζειν, τὸ δὲ τὰ ἆθλα
ἀποδιδόναι δι᾽ αὑτοῦ ποιητέον. Ὡς δὲ ταῦτα κα-
λῶς ἔχει, μαρτυρεῖ τὰ γιγνόμενα. Καὶ γὰρ ὅταν 4
χοροὺς ἡμῖν βουλώμεθα ἀγωνίζεσθαι, ἆθλα μὲν ὁ
ἄρχων προτίθησιν, ἀθροίζειν δὲ αὐτοὺς προστέτα-
κται χορηγοῖς, καὶ ἄλλοις διδάσκειν καὶ ἀνάγκην

1. *πάλιν εἶπεν ὁ Σιμ.*] Codd. Par. B. Lips. haec ita ordinant: *πάλιν ὁ Σιμωνίδης εἶπεν.* Sequens *γε* ex Stobaeo addidit Schneiderus, in caeteris libris solum *μέντοι* legitur.

2, *Τὸ μὲν — αὕτη μὲν*] Advertant tirones iterationem particulae. Cfr. Matth. §. 622. 2. Schaef. Melett. Critt. p. 111.

3. *τὸν ἀνάγκης δεόμενον*] „Articulum addendum esse recte censuit Stephanus, cui nemo hucusque obtemperavit, nisi quod Weiske *τὸ μὲν* pertinere ad *κολάζειν* [Cf. supr. ad III, 12.], non ad *δεόμενον* admonuit. Sententiam eamdem Xenophon proposuit in Cyrop. VIII, 1, 18. 2, 27.“ Schneider. Similis sententia est Aristotelis Politt. V, 9, 16. p. 233. ed. Schneider. *Τούς τ᾽ ἀγαθοὺς περί τι γιγνομένους τιμᾶν* [intell. ex praecedd. *δεῖ τὸν τύραννον*] *οὕτως, ὥστε μὴ νομίζειν ἄν ποτε τιμηθῆναι μᾶλλον ὑπὸ τῶν πολιτῶν αὐτονόμων ὄντων· καὶ τὰς μὲν τοιαύτας τιμὰς ἀπονέμειν αὐτὸν, τὰς δὲ κολάσεις δι᾽ ἑτέρων ἀρχόντων καὶ δικαστηρίων.* Sed de articulo addendo prorsus assentior Schneidero. Dixerat antea *τὸν ἐξεργαζόμενον — τὸν ἐνδεῶς τι ποιούμενον* (cf. §. 4.) et vid. Buttmann. §. 110. obs. 2. Cf. Matth. §. 269. et §. 267. p. 272. in. Quam facile articulus omitti potuerit, ex iis patefieri puto, quae dicta sunt ad III, 14. extrem. Similiter infra sect. 6. *τῆς ἐν τοῖς συμβολαίοις* ex optimis libris scribendum erat pro vulgari *τῆς ἐν συμβολαίοις.*

4. *καὶ ἄλλοις*] *τοῖς χοροδιδασκάλοις καλουμένοις.*

προστιθέναι τοῖς ἐνδεῶς τι ποιοῦσιν. Οὐκοῦν εὐθὺς ἐν τούτοις τὸ μὲν ἐπίχαρι διὰ τοῦ ἄρχοντος ἐγένετο,
5 τὰ δ' ἀντίτυπα δι' ἄλλων. Τί οὖν κωλύει καὶ τἄλλα τὰ πολιτικὰ οὕτως περαίνεσθαι; Διῄρηνται μὲν γὰρ ἅπασαι αἱ πόλεις αἱ μὲν κατὰ φυλὰς, αἱ δὲ κατὰ μόρας, αἱ δὲ κατὰ λόχους· καὶ ἄρχοντες ἐφ' ἑκάστῳ
6 μέρει ἐφεστήκασιν. Οὐκοῦν εἴ τις καὶ τούτοις, ὥσπερ τοῖς χοροῖς, ἆθλα προτιθείη καὶ εὐοπλίας καὶ εὐταξίας καὶ ἱππικῆς καὶ ἀλκῆς τῆς ἐν πολέμῳ καὶ δικαιοσύνης τῆς ἐν τοῖς συμβολαίοις, εἰκὸς καὶ ταῦτα πάν-
7 τα διὰ φιλονεικίαν εὐτόνως ἀσκεῖσθαι. Καὶ ναὶ μὰ Δία ὁρμῷντό γ' ἂν θᾶττον ὅποι δέοι, τιμῆς ὀρεγόμενοι, καὶ χρήματα θᾶσσον ἂν εἰςφέροιεν, ὁπότε

τὸ μὲν ἐπίχαρι] Neque codex Lips. neque alius quisquam liber praeter Stobaeum habet τὰ ἐπιχάριτα, quam formam Schneiderus non probare debebat. Nam qui in Xenophonte legitur comparativus ἐπιχαριτώτερον (Symp. VII, 5. Cyrop. VIII, 2, 2.), ad quem provocat Zeunius, is pariter ac superlativus ἐπιχαριτώτατον (Oecon. VII, 37.) ab ἐπίχαρι positivo repetendus est.

5. κατὰ μόρας] Ita ut scriberem cum Reuchl. et Par. A., persuasit mihi Schneiderus, qui de altera lectione κατὰ μοίρας haec adnotavit: „Videtur μόρας scribendum. Descriptio civium in μόρας fuit Laconica, uti notum; alia in φυλάς fuit Attica; tertia κατὰ λόχους Thebanorum et Argivorum fuit, ut apparet ex Hellenicis VI, 4, 13. VII, 2, 4. Pertinuit haec descriptio non solum ad munera civium civilia, sed etiam ad bellica. Memorat enim Xenophon in Hellenicis φυλάς Atticas, ubi ordinem exercitus Attici enarrat.“

7. ὅποι δέοι] Par. B. marg. Villois. et Stob. editt. dant ὅπου δέοι. Vid. ad XI, 10.

τὸ πάντων μὲν] „Scripsi μὲν, ubi vulgo legitur γε, etsi δὲ sequens non habet quo referatur, et γε notione non sua positum sit.“ Schneider. De grammatica horum verborum ratione vid. Matth. §. 432. p. 411.

τῶν πολιτῶν] *illis civium, qui strenuo labore agrum bene colunt;* nam ab articulo τοῖς hic pendet genitivus.

„Caeterum, inquit Schneiderus, narratio Plutarchi in Apophth. Regum p. 89. digna est quae huc referatur de Gelone Hieronis fratre: ἐξῆγε δὲ πολλάκις τοὺς Συρακουσίους ὡς ἐπὶ στρατείαν καὶ φυτείαν [Lege τὴν φυτείαν cum Schaefero, quem vid. ad Iulian. Or. in Constant. laud. p. XX. Cf. Wyttenb. Animadv. p. 1049. Oxon. Tom. II. p. 324. Lips.], ὅπως ἥ τε χώρα βελτίων γένηται γεωργουμένη καὶ μὴ χείρους αὐτοὶ σχολάζοντες.“

8. σὺν τῇ] Omisit haec verba cod. Par. B.: casu, puto.

τούτου καιρὸς εἴη, καί, τὸ πάντων μὲν χρησιμώ-
τατον ἥκιστα δὲ εἰθισμένον διὰ φιλονεικίας πράσσε-
σθαι, ἡ γεωργία αὐτὴ ἂν πολὺ ἐπιδοίη, εἴ τις
ἆθλα προτιθείη κατ' ἀγροὺς ἢ κατὰ κώμας τοῖς
κάλλιστα τὴν γῆν ἐξεργαζομένοις, καὶ τοῖς εἰς τοῦτο
τῶν πολιτῶν ἐῤῥωμένως τρεπομένοις πολλὰ ἂν ἀ-
γαθὰ περαίνοιτο. Καὶ γὰρ αἱ πρόσοδοι αὔξοιντ' ἂν 8
καὶ ἡ σωφροσύνη πολὺ μᾶλλον σὺν τῇ ἀσχολίᾳ συμ-
παρομαρτοῖ. Καὶ μὴν κακουργίαι γε ἧσσον τοῖς
ἐνεργοῖς ἐμφύονται. Εἰ δὲ καὶ ἐμπορία ὠφελεῖ τι πό- 9
λιν, τιμώμενος ἂν ὁ πλεῖστα τοῦτο ποιῶν καὶ ἐμπό-
ρους ἂν πλείους ἀγείροι. Εἰ δὲ φανερὸν γένοιτο, ὅτι
καὶ ὁ πρόσοδόν τινα ἄλυπον ἐξευρίσκων τῇ πόλει τι-

Nam addita verbo (*συμπαρομαρτοῖ*) praepositio vix poterat offensioni esse. Cf. Matth. §. 402. obs. 1. Pro sequente optativo, quem etiam Reuchlinus habet, in edd. vett. *συμπαρομαρτεῖ* scribitur. Vid. tamen ad VII, 12.

De tota hac Simonidis disputatione Weiskius bene disseruit in hunc modum: „Quum agricultura olim per servos maxime administraretur, neque magistratus multum curarent privatorum hominum ex ea vel lucrum vel detrimentum, Simonides vult praemiis excitari hominum industriam. In quo praecipue rationes adiunctae lectori attento placere debent: 1) Reditus publici sic augentur; portorium v. c. e copia proventuum exportatorum: 2) Qui negotiis rei familiaris intentus est, modestior et temperantior reperitur; est enim *vita rustica*, ut Cicero pro Rosc. Amer. c. 27. extrem. dicit, *parsimoniae*, *diligentiae*, *iustitiae magistra*: 3) Homines quocumque negotio occupati minus proni sunt ad *κακουργίας* i. e. furta, latrocinia et alia e petulantia et libidine nascentia facinora; nam *inertia est nequitiae magistra.*"

9. *Εἰ δὲ καὶ ἐμπορία ὠφελεῖ τι πόλιν*] „Non dubitanter loqui auctor censendus est aut ut de re, quae ipsi videatur levis, quum dicit *εἰ δὲ* etc. Est haec Attica ratio, quae per ironiam quamdam res verbis extenuare videtur, quas re ipsa multum effert, adeo ut illa verba reddi possint: *Quia vero mercatura magnam civitati praestat utilitatem.* Cf. e. g. Mem. I, 5, 1. Hanc esse auctoris mentem, etiam e libro *de vectigalibus* III, 3. sqq. liquet." Weiskius.

ὁ πλεῖστα τοῦτο ποιῶν] „Estne *ὁ ἐμπορευόμενος* an *ὁ πλεῖστα ὠφελῶν?*" quaerit Schneiderus. Quid debeat intelligi, non obscurum est.

ἀγείροι] Cod. Par. B. *ἐγείροι*, quod et ipsum defendi potest. Similiter deinceps dicitur *πολλοὺς ἂν καὶ τοῦτο ἐξορμήσειεν κ. τ. λ.* Sed noli tamen

10 μήσεται, οὐδ' αὕτη ἂν ἡ σκέψις ἀργοῖτο. Ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν, εἰ καὶ κατὰ πάντα ἐμφανὲς εἴη, ὅτι ὁ ἀγαθόν τι εἰσηγούμενος οὐκ ἀτίμητος ἔσται, πολλοὺς ἂν καὶ τοῦτο ἐξορμήσειεν ἔργον ποιεῖσθαι τὸ σκοπεῖν τι ἀγαθόν. Καὶ ὅταν γε πολλοῖς περὶ τῶν ὠφελίμων μέλῃ, ἀνάγκη εὑρίσκεσθαί τε μᾶλλον καὶ
11 ἐπιτελεῖσθαι. Εἰ δὲ φοβῇ ὦ Ἱέρων μὴ ἐν πολλοῖς ἄθλων προτεθειμένων πολλαὶ δαπάναι γίγνωνται, ἐννόησον, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐμπορεύματα λυσιτελέστερα ἢ ὅσα ἄνθρωποι ἄθλων ὠνοῦνται. Ὁρᾷς ἐν ἱππικοῖς καὶ γυμνικοῖς καὶ χορηγικοῖς ἀγῶσιν ὡς μικρὰ

quidquam novare. Cf. lib. de vectigalibus III, 5.

ἄλυπον] „Praeclare hoc verbo monetur, quid communis utilitas aut humanitas aut ipsa ratio postulet. Non debent augeri vectigalia spoliandis aut nefaria fraude circumveniendis civibus. Ex ipso solo, e terrae visceribus, ex aratione, pastione, aut ex artibus opificum vulgaribus sollertius cultis aliquid redundare debet ad ditandum aerarium sine iusta ullius querela. Qui secus agunt, merito aut stulti aut improbi habentur.“ Weisk.

10. *κατὰ πάντα*] Sic egregie lib. Victor. Mon. pro *κατὰ πάντων*. Cf. Goeller. ad Dionys. Hal. Comp. Verb. p. 45. Iacobs. ad Achill. Tat. Tom. II. p. 996.

τὸ σκοπεῖν] Ita scriptum est in cod. Lips. et ed. Reuchlin. „Stobaei *τὸ σκοπεῖσθαι* cum Welsio recepit Bachius, reiecit Zeune, mediae formae verbi rationem habens [*σκοπεῖσθαι* est *suum in usum excogitare*, *σκοπεῖν in usum aliorum invenire*]; de genitivo articuli non cogitabat, [quum ederet *τοῦ σκοπεῖν*]. Vulgatum *τοῦ* nullo modo ferri debebat. Articulus enim aut omittitur, ut in Mem. II, 10, 6. aut in eodem casu cum *ἔργον* collocandus erat. Dicitur enim *τοῦτο ἔργον ποιοῦμαι* vel *ἔχω*, non *τούτου*.“ Schneider. Vid. Cyrop. VIII, 4, 6. Agesil. XI, 12. Heindorf. ad Plat. Phaedr. §. 14. (p. HSt. 232. A.).

11. *ἐν πολλοῖς*] „*Multis* praemia proponenda, non *in multis* dicere Xenophon voluit; praepositionem igitur delendam censeo.“ Schneider. Nihil delendum est.

καὶ γυμνικοῖς] Haec verba operarum errore omissa sunt in ed. Weisk, eoque errore factum videtur, ut etiam a Schneidero omitterentur. Quae h. l. commemorantur bene sibi respondent hoc modo: *ἱππικοῖς* = *μεγάλας δαπάνας*: *γυμνικοῖς* = *πολλοὺς πόνους*: *χορηγικοῖς* = *πολλὰς ἐπιμελείας*.

μικρὰ ἆθλα] Victores sacrorum certaminum non auro ac gemmis nitentem, sed pineam aut oleaginam coronam ferebant, quae virtutis non praemium sed indicium esset. Nostra aetas virtutem gratis colere desiit.

ἆθλα μεγάλας δαπάνας καὶ πολλοὺς πόνους καὶ πολλὰς ἐπιμελείας ἐξάγεται ἀνθρώπων;

CAPVT X.

Docet Simonides, id quod Hiero vehementer dubitaverat, ipsos etiam mercenarios milites tyranno utiles ac necessarios esse, eorumque invidiam facile posse vitari, si tyrannus eos alat ad hominum petulantium iniurias coercendas, ad salutem non modo suam sed omnium civium tuendam; ad agricolas cum pecoribus contra latrones defendendos, ad incursiones hostium arcendas et expeditionem adversus hostes suscipiendam; ad amicorum res tutandas et hostium opes frangendas (1—7). *Propter talem tamque multiplicem usum, quem praestent satellites, futurum esse, ut cives libentissime solvant stipendia* (8.).

Καὶ ὁ Ἱέρων εἶπεν· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὦ Σιμω- 1
νίδη καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν· περὶ δὲ τῶν μισθοφόρων ἔχεις τι εἰπεῖν, ὡς μὴ μισεῖσθαι δι' αὐτούς; ἢ λέγεις, ὡς φιλίαν κτησάμενος ἄρχων οὐδὲν ἔτι δεήσεται δορυφόρων; Ναὶ μὰ Δία, εἶπεν ὁ Σιμω- 2
νίδης, δεήσεται μὲν οὖν. Οἶδα γὰρ, ὅτι ὥσπερ ἐν ἵπποις, οὕτως καὶ ἐν ἀνθρώποις τισὶν ἐγγίγνεται, ὅσῳ ἂν ἔκπλεα τὰ δέοντα ἔχωσι, τοσούτῳ ὑβριστο-

